35.3.A.18.

SCRVTINIVM DIVINAE SCRIPTVræ, pro conciliatione diſſidentium dogmatum circa ſubſcriptas materias.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De gratia & libero arbitrio.
De fide & operibus
De peccato in bono opere.
De exordio ueræ pœnitentiæ.
De meritorio actu liberi arbitrij.
De ſacrificio noui teſtamenti.
De ſacerdotio nouæ legis.
De cõmunione ſub utraq; ſpeci[e]
De baptiſmo & libertate Chriſtiana.
De uotis & ſtatu monachorũ.

Reuerendi patris, F. Caſparis Saſgeri, fratrum Minorũ per Germaniam ſuperiorem prouincialis miniſtri.

AN. M. D. XXVII.

F. CHONRADVS PELlicanus Minorita pio Lectori S.

NOn ſine cauſſa Sanctus Chryſoſtomus tot locis deteſtatur inter hoĩes Chriſtianos Philoſophicas cõcertationes, inter quos magis, ut ait, cõuenit eſſe collationes quam diſputationes, Quod ſi diſputatiões quoq; uidentur admittendę, ad excutiendũ, uelut e ſilice, ueritatis ignem, tamen eas oportet abeſſe ab omni rixandi ſtudio, multo magis a conuitijs. Alioqui locũ habebit illud mimographi dictũ, Nimiũ altercãdo ueritas amittit̃, & exorietur ridicula andabatarũ pugna. quę inter cęcos cõmitti ſolita eſt. Siquiden. ubi incaluit pugna, ubi mutuis conuitijs irritati ſunt utrinq; animi, ubi altera pars ſibi plus uendicat quã æquũ eſt, Alteri plus adimit quã par eſt, Vbi uterq; totus eſt in hoc, ut quoquo modo lædat aduerſariũ, quæſo quid aliud eſt quam cõpugna? non ſic oculos corporis excæcat calx iniecta, ut ira & odiũ excæcant oculos animi. Vbi ſemel occupauit odiũ, ibi nullũ eſt iudicium. Et quo

pugnatur acrius,hoc magis obſcuratur ueritas. An non talis quædam pugna iam pridem feruet inter literatos quoſdam,nō abſque graui totius orbis offendiculo, multorum conſcientijs interim in ancipiti pendentibus? quū aliquoties infelicius ſit pendere quā cadere. Hoc perpendens & ingemiſcēs opuſculi huius autor, Reuerendus atq; religioſus pater noſter, pater Caſpar Saſgerus hoc periculoſo æuo noſtro fratrū miniſter fidelis,uir ſyncera religione prędicus,nec aliud ſitiens quam Chriſtiani populi ſalutem &Chriſti gloriam,conatus eſt hoc libro,collatis abſq; rixa ſummaq; lenitate, ac pari fide,partis utriuſq; rationibus ac teſtimonijs uiam mediam ac regiam ueritatis oſtendere,quā ſequuti fratres, quorū curam agit in domino, in contionibus ſuis ad populū, & in audiendis confeſſionibus, nec ad dextrā declinent nec ad ſiniſtram, Sed ea doceant, quæ digna ſint eo,qui cœleſtem philoſophiam nobis ſumma cum manſuetudine tradidit. Proinde maluit agere negotiū hoc ratione quadam magis accomoda ad perſuadendum,quam ad cogendū,& ſcripturę certiſſimis teſtimonijs inniti potius,quā argutijs & humanis rationibus, quanquam in illa Scotica palleſtra iam inde a puero felici-

ter inſtitutus fuiſſet ac multos annos nõ ſine laude uerſatus, tamen hoc dicendi genus quod placide ueluti manuducit in ipſa ueritatis penetralia, ſequi maluit. Ita ſermonem temperans Chriſtiana quadam charitate, ut ab utraq; parte poſſit amari, quia pariter ſtudet utriq; prodeſſe. Nimirũ ſequutus exemplum ſanctiſſimi doctoris Auguſtini, qui ſic pugnat aduerſus donatiſtas ac Manicheos gladio ſpiritus, quod eſt uerbũ dei, hoĩes palam blaſphemos & inſanos, uerius quam hęreticos, ut tamen in media pugna ſubinde ſcintillet Chriſtiana charitas, nihil aliud ſiciens, quã ſalutem aduerſariorũ. Vt aũt perſpicias uirũ puri ſynceriq; pectoris, quum iã admodũ ſenex ſit, tamen non aſpernat̃ noua ſtudia, quotidie in melius efflorеſcentia, pręſidio linguarũ & politioris literaturæ, Nec ſtatim guſtato nouo uino clamat, uetus melius eſt, Sed hac etiam ætate nõ erubeſcit ſenex, quod aiunt, mutare linguam, quo magis exemplo ſuo iuuenes extimulet ad optima quæq; capeſſenda. Talis eſt enim oratio, ut declaret illi naturam ad eloquentiam nõ defuiſſe, ſi contigiſſet hoc ſeculo naſci. Porro, tametſi ſedulo conatus eſt id quod eſt rectũ oſtendere, idq; ex ſcripturis canonicis, paratus tamen eſt cedere meliora docenti-

bus,præſertim eccleſiæ difinitioni, Reddere etiam uberiorem rationem omni poſcenti,de ea,quam ſequitur,fide. Lege lector,ſed ea mente qua ille ſcripſit,&,ni fallor, lecto libro diſcedes melior.

INDEX OPERIS VBI obſeruabis a literam primã folij faciem,b uero alteram deſignare.

A.

Abnegatio ſui neceſſaria,homini, & ſcopus eſt ſanctæ intentionis.fol.53.a.

Abuſus boni alicuius ab iniquis, nõ præiudicat bono. fo. 100.a.

Actus noſter ſi poſſit eſſe gratiæ meritorius.fo.13.b

Actus morales gentilium quales fuerint, fol.14.b

Actus morales perſuadendi, etiam in fidelibus,fo.16.a

Actus noſtri a deo appenſi, plurimũ deficere deprehenduntur,fo.52.a

Actibus noſtris omnibus duplex ineſt malitia,fo.53,a

Actus noſtri, quantũlibet iuſti, a deo reprobari mereñ,fo.53.b

Actuũ acceptatio a deo, pręſtat meriti rationem. fo.58.a
Actus noſtri dignanter acceptanť a deo, fo.59. a,
Actus noſter põt dici meritũ, fo.59.b
Actũ ſalutarem ſine gratia dei agere non poſſumus, fo.80.a
Adæ primitiuus ſtatus qualis fuerit fo.47.a
Adæ cognitio qualis fuerit ex natura inſtituta, & poſt lapſum, fo.51.a
Aduerſa patienter toleranda propter peccata noſtra, fo.55.a
Alexander de ales quid de lib. arbitrio, & gratia docuerit, fo.19.b
Aliquid eſſe uel nihil, quid in ſcripturis dicatur, fo.81.a
Amor priuatus inficit oẽs actus noſtros etiam bonos, fo.53.a
Amor iuſtitiæ uerum efficit pœnitentẽ, fo,68.a
Amor naturalis fons eſt affectionum omnium, fo.3.b
Amor nõ eſt otioſus in homine, fo.4.a
Amicus noſter maximus, in quo omnia poſſumus, Chriſtus eſt, fo.20.b
Animæ uires quantũ malorum per peccatum incurrerint, fo.53.a

Anima de potentijs ſuis producit naturaliter opera,fo.137.a
Angeli ſancti ſunt de corpore eccleſiæ triumphantis,fo.57.a
Antiquitatis argumentũ nonnihil probare uidetur,fo.128.b

B.

Baptiſmo deo cõcorporamur,unimur,uiuificamur & morimur,fo.39.a
Baptiſmi quæ ſit natura,uirtus & operatio,fo.113.b
Baptiſmi obicẽ eſſe infidelitatẽ,fo.114.a
Baptiſmi ſignatũ eſt mors & reſurrectio Chriſti & noſtra, fo.115.a
Baptiſmi uirtutes multę &mirab.fo.115.b
Beatorũ multa priuilegia in patria. fo.9.b
Beatitudo noſtra quæ ſit,& quã nõ ſit noſtrarũ uirium, fo.9.a
Beatitudinis aſſequendæ media ex deo pendent,fo.10.a
Beatitudo ex gratia dabit̃, ſed & pro meritis dari dici poteſt,fo.145.a
Beatorũ ſacroſancta exercitia,fo.10.a
Benedicere dei,quid dicat̃,fo.110.b
Bonauentura de gratia & libero arb. q̃d ſcripſerit,fo.19.a
Bonũ omne in nobis deo totũ & totaliter tribuamus,fo.79.a

Bonitas operis pendet ex dei uoluntate, fo.147.b

Bonitatem, ſcientiã, & diſciplinam doce me, exponit, fo 150.b

Brachia animæ duo, amor cõmodi & uoluptatis, fo.91.a

Beatorũ imago lucere deberet in monaſticis, modo aliquo ſpeciali, fo.152.a

C

Canones Eccleſiaſtici quadrent ſcripturę & foueant charitatem, fo.100.a

Charitas inter ſtudioſos bonarũ literarum ſuadetur, fo.22.a

Charitatis mandatum quomodo ſit primum, maximum, fo.31.a

Charitatis præceptũ quomodo exhibendum deo, fo.31.b

Charitas proximi quomodo & quare ad miniſtranda, fo.32.a

Charitas, ignoſcens, reconcilians, benefaciens, bene interpretans, pacem ſeruans, deſcribitur, fo.32.b

Charitas ad proximum quantum deo placeat, fo.33.b

Charitatis regnum nullis reſtringitur legibus, fo.124.b

Charitas nõ dicatur, quod eſt carnalitas, fo.125.a

Charitas perfectiſſime deo unit,fo.142.b
Charitatis opus aliјs operibus perfectius eſt multipliciter,fo.143.a
Charitas naturā reſoluit ī dei laudē.f.147.a
Charitati aſcribuntur opera fidei & ſpei. fo.143.a
Carnis mortificatio neceſſaria hoī,f.118.b
Ceremoniæ quatenus ſuſcipiendæ & utiles,fo.120.a
Ceremoniæ ad Euchariſtiæ honorē ſunt pietatis ſtudio ordinatæ,fo.94.b
Chriſtus ſub utraque ſpecie totus ſuſcip. fo.109.b
Chriſti exultatio & gaudiū quale & quādo redundarit,fo.48.b
Chriſti meriti uirtus,fo.57 b
Chriſtus caput Eccleſiæ ſecundum tres actus,fo.57.b
Chriſtum ſumimus inuiſibilem & in myſterio,fo.109. a
Chriſtianus uerus & purus quis ſit.f.131.a
Ciuitates duæ Babel & Hieruſalem quomodo edificent,fo.73.a
Cœna Chriſti quibus conuiuis parata ſit fo,109.b
In cœna Chriſti quid actū ſit, & qua ratione,fo.110.a
Cœlibatus an ſit res periculoſa & anceps fo,134.a

Cõcupiſcentia ſine gratia importunæ trahit ad malum,fo.17.b
Cogitatus boni in corde quomodo ſemi nentur,fo.83.a
Cogitatione bona ſine gratia dei nihil ꝓmouetur,fo.83.a
Cõmunio ſub utraq; ſpecie in utrãq; partem tractaĩ,fo.104.b
Cõmunicans ſub una ſpecie,tantũ accipit, quantũ ſub utraq;,fo.109.a
Cõmunicatio ſub utraq; ſpecie uel unica quomodo ſuſtinenda,fo.113.a
Conſilia dei qualem afferant perfectionẽ ſuper præcepta,fo.148.b
Conſecratio panis & uini in cœna domini,fo.110.b
Conſolatio ſpiritualis cõuerſis differtur ob ſeptem cauſſas,fo.72.b
Conuerſio peccatorũ dupliciter fit, ſubito & ſenſim.fo.72.a
Credere in dominum quid homini proſit,fo.28.b
Credenda principaliter ſunt tria, ad quæ alia reducuntur,fo.29.a
Creaturarũ amor inordinatus quare deſerendus,fo.67.b
Cruces tres homini præſtituuntur, fo.56.b

Crux triplex in Chriſti crucifixione, quid ſignificet, fo.131.a

Cultus dei in homine quibus rebus exhibeatur, fo.26.b

Cultus uerus dei poſt lapſum hominis a deo inſtitutus, fo.28.a

Cultus dei plenus & cõſummatus in quo ſubſiſtat, fo, 36.b

Cultus dei interior præſtat longe exteriori cultui, fo.89.a

Cultus dei interior quibus modis impendatur, fo.89.a

Cultus diuinus quis uerus ſit & legittimus, fo.90.a

Cultus exterior ad interiorem referendus, fo.91.a

Cultus interioris ceremoniæ qui ſint Ibidem.

Cultus dei interior quibus ſacrificijs perficiatur, fo.91.b

Cultus dei exterior eſt effectus interioris fo.146.b

D.

Deus dicitur præcepiſſe nobis poſſibilia & impoſſibilia, fo.20.b

Deus quid nobis præſtet, quidq; ſibi uelit impendi, fo.26.b

Deus homini iuſtiſſime iraſcitur pro iniu ſtitia eius,fo.49.a
Deus dignatur ſuos multis paſſionibus, fo.55.a
Deuotio interdum ſubtrahit̃,fo.74.a
A deo eſſe quicquid homo boni habet & facit & totaliter,fo.76.b.& 79.a
Deus quid agere poſſit in hominis libera uoluntate,fo.78.a
Deus colendus corpore & ſpiritu,lege na turæ,fo.89.a
Dij uocant̃ ſancti dei homines,fo.90.b
Debitores deo ſumus omniũ bonorum quæ Adam perdidit,fo.52.a
Decalogus præceptorum ſi & quomodo poſſit impleri,fo.12.b
Diſcretio ſpirituũ neceſſaria circa inſpira tiones dei,fo.149.b
Doctorum diſtinctio in ſcholaſticos & ec cleſiaſticos diſplicet,fo.21.a
Doctorum modernorũ a priſcis non eſſe grandem diſſonantiam,fo.22.b

E

Eccleſia Chriſti ſponſa ſancti ſpiritus pręſentia nunquã deſtituitur,fo.103.b
Eccleſia militans & triũphans eadem eſt, fo.151.a
Eloquentiam nimio ſectantes diſſimiles paulo,101,a

Euangelica iuſtitia Chriſtiano neceſſaria, in quo ſubſiſtat, fo.35.b
Euangelica iuſtitia quomodo plantet, creſcat & fructificet, fo.44.b
Euangelio nihil addunt religioſi.130.b
Euchariſtiæ perceptio digna quæ exigat in homine, fructificetq́;, fo.40.a
Euchariſtiam datam in teſtamentū & ſacrificium, arguit, fo.85.b
Euchariſtia eſt & teſtamentū & ſacrificium, fo.93.b
Euchariſtiæ ſacramentū quare & quomodo inſtitutum, fo.108.a.& 113.b
Euchariſtiæ finis eſt Chriſti recordatio. fo.111.b
Ad euchariſtiam pręparatio quæ ſit, qualis & quanta, ibidem
Exercitia tria in homine interiori & exteriori, fo.147.a

F

Facere quod in ſe eſt, quid dicatur. fo.16.a
Fides ſola ſi iuſtificet cum operibus, arguitur utrinq́;, fo. 24
Fidei iuſtificationem principium adſcribitur, fo.28.b
Fidei multa attribuuntur, fo.28.b
Fides noſtra habet adæquatum ſibi obiectū ſacram ſcripturam, fo.29.a

Fides non ſic ſaluat adultũ, ut opera non ſint neceſſaria,fo.36.b

Fidei iuſtitia totam complectit̃ euangelicam doctrinam,fo.37.b

Fides ſine operibus mortua, declarat̃ ex Iacobo,fo.38.a

Fidei repugnat non quodlibet mortale, ſed infidelitas.fo.38.b

Fides aliena & propria in baptiſmo & cõformatione neceſſ.fo

Fides etiã paruula, fides eſt & fructuoſa, declarat̃ hoc manuductionibus,fo.42.a

Fides & ſimul opera ſunt fidelibus diligẽter inculcanda,fo.43.a

Fides,ſpes, charitas cultum uerũ dei ſtatuunt,fo.89.a

Fides grano ſinapis quare aſſimilet̃.eodẽ

Fides,ſpes,charitas ad euchariſtiam quõ præparent,fo.111.b

Fidem non expellunt opera bona externa,fo.132.a

Fides,ſpes, charitas non ſunt ſine operibus,fo.138.a

Fides probatur per dilationem gratiæ & conuerſionis,fo.73.a

Fides eſt directiua charitatis & prior, fo.143.b

Fiducia ſuperba in propriam iuſtitiam perniciosa peſtis,fo.112.b
Fundamentum eccleſiæ unũ ſcribitur & duodecim,fo.101.b

G.

Gratuita dona quæ dicantur,quare & unde ſint,fo.10.b
Quid in gratiarum numerum referendum, fo.11.a
Gratiam mereri noſtris uiribus non poſſumus,fo.12.a
Gratia adoptionis qualis,& quid operetur,fo.70.b
Gratiæ dei in nobis influxus triplex fo.80.b
Gratia præueniens & ſubſequens quid agant ad meritum,fo.81.b
Gratia uoluntatem non cogit,tamen efficaciter inclinat & trahit,fo,82.b
Gratia actum bonũ foris exequitur,uires animæ inſtituendo,fo,83.b
Gratia ſubſequens quæ dicat̃, Ibidem
Gratiæ cooperari debemus ad bonum fo.141.b

H.

Habitus infuſi animæ quantũ ualeant, & quando,fo.82.b
Hierarchia cœleſtis quatuor complectitur,fo,151.b

Heliæ apparuit deus in ſpiritu tripliciter, & quid ſignificet, fo.72.a

Hominis primi peccatū, contra dei præcepta in paradyſo accepta, fo.27.b

Homo quomodo regulandus intentione, affectione, actione & paſſione, fo.34.a

Hominis primo inſtituti qualis fuerit rectitudo, fo. 47.a

Homo carnalis coercendus eſt paulatim inſtitutis humanis, fo.98.b

Hominū inſtituta ſalubria ſunt, ſi diſcrete adminiſtrentur, fo.99.a

Humana inſtitutio in manu carnalis, eſt gladius in manu furioſi, Ibidem.

Homo quid reddere deo pro euchariſtia debeat, fo.111.a

Homo poſt lapſum alligatus ſenſibilibus, fo.114.a

Hō exterior ſeuere caſtigandus, fo.118.a

Humanæ leges qualiter conſcientiam ligent, fo.123.b

Hominis externi reformatio quā ſit utilis, fo.130.a

Humiliatio utilis iuſtificando & oratio feruens, fo.74.a

I

Infidelibus non deeſt gratia gratiſdata fo.18.a

Inſpirationes diuinæ abnui non poſſunt, fo.149.a

Iudicium ſpiritus quibus conueniat perſonis, fo.125.a

Iuſto non eſt lex poſita, perperam intelligitur, fo.121 a

Iuſti qui ſint a lege liberati, fo 122.a

Iuſtitia nunc fidei, nunc ſpei, nunc charitati adſcribitur, propter earum indiuiduam concomitantiam, 144 a

L

Labor manuum non omnibus præceptus, fo.135

Labores quibus impij turbant, fo.66.b

Laude quadam noſtra, pręmia cõſequi, deo non diſplicet, fo.

Leges neceſſariæ ſunt, ſed & quales eſſe debeant, fo 82.a

Leges omnes reſoluuntur ad legem charitatis, fo.125.a

Leges humanæ ſpiritum iuſti non præmunt, fo.125.

Legis uſus nõ unicus ille eſt peccatum cognoſcendi, ſed etiam dei beneplacitum diſcendi, fo.139.b

Lex dei fructum ab hominibus exquirit fo,140.a

Lex aliquo modo concordat cũ Euangelio, ibidem

Liberum arbitrium in quos actus poſſit ſine gratia,fo.14.a
Liberum arbitriũ non poteſt in actus uere uirtuoſos,fo.14.b
Liberũ arbitrium quid & quomodo mereri poſſit,fo.15.a
Libero arbitrio poteſtas attributa non præiudicat gratiæ,fo.16.b
Liberum arbitrium ſe ſolo quomodo facit non niſi malum,fo.16.a
Liberum arbitrium habere cauſalitatem reſpectu operis meritorij, diſputat̃,fo.76.a
Libertas Chriſtiana non eſt in homine carnali,fo.98.b
Libertati Chriſtianæ non aduerſantur ſtatuta humana,fo.99.a
Libertas Chriſtiana eſt fructus baptiſmi fo.116.a
Libertas triplex filiorum dei a peccato, a lege,Ibidem
Libertas filiorũ dei dicta qualis ſit, f. 117.a
Libertas procedit ex dominio ſpiritus in homine,fo.117.b
Libertas Chriſtiana quibus perficiatur gradibus,fo.118.a
Libertas & ſeruitus ſimul in eodem homine,fo.118.a
Libertas uera ſpiritus inuenitur aliquando, ſed raro,fo.120.a

Libertas a lege a multis male capitur, fo.121.a
Libertas Chriſtiana qualiter liberat a lege, Ibidem b.
Libertas Chriſtiana non excutit iugũ obedientia humanæ, fo.122.b
Libertas maior & minor ſecundum ſpiritus conditionem, ſo.124
Libertas Chriſtiana uera, quanta ſit, fo.124.b
Libertati Chriſtianæ non repugnat monaſtica religio, fo.130.b
Lucerna homini a deo data duplex fo.35.b

M

Mariam uirginem cœlibatum nouiſſe perſuadetur, fo.136.b
Malum culpæ omne nobis aſcribere debemus, fo.79.b
Manducatio Chriſti ſpiritualis quid fructificet, fo.113.b
Magiſter ſententiarũ quid de gratia & lib. arbi. docuerit, fo.20.a
Mandata dei dicuntur nobis poſſibilia & impoſſibilia, fo.20.b
Meritum Chriſti quale ſit, fo.57.b
Meritum dici poteſt actus noſter a deo acceptatus, fo.59.b

Meritum uel opus bonũ cuius ſit authoris,fo.79.b.& 80.b
Merita non eſſent ſi uoluntas nihil penitus cooperaretur,fo.82.b
Merita noſtra nõ magnifaciamus,ſed gratiam dei,fo,132.a
Merita noſtra non nobis, ſed deo aſciſſimus,fo.145.b
Merces operibus noſtris expectari poteſt a fidelibus,fo.59.b.& fo.16.a
Merces nobis repoſita eſt & pro meritis, ſed quomodo,fo.132.b
Mendicitas habet quãplurimos fructus. fo.134.b
Myſteria ſcripturæ ſolo diuino ſpiritu reuelantur,fo.85.a
Monachi non facile de cruce deſcendant, fo.131.a
Monachis uota nõ nihil cõducũt, ibidem.
Monaſtica inſtituta non dicantur præſumptiones,fo. 136.a
Monaſtica exercitia nõ ſunt intolerabilia uolentibus,fo.155.a
Mors noſtra duplex naturæ & culpæ triplicis,fo.115.a
Mortificanda eſſe membra corporis iugiter fo.141.a
N
Nabuchodonoſor ſi quid meruerit a deo fo,15.b

Natura deſtituta habet poſſe remotū reſpectu boni,fo.18.a

O

Obſeruantia ordinū facticiorum nō probat perfectionem eſſentialem,fo.100.a

De obſeruantia ordinis gloriantes fatue agunt & impie,fo.100.a

Obſeruantia regularis quid ſit,fo.132.b

Ocioſus non debet eſſe uere Chriſtianus a bonis operibus,fo.142.b

Officia qualia chriſtianis conueniant, fo.101.b

Opus perfectum intrinſecum erumpit in extrinſecum,fo.146.a

Opus mortuū pro nihilo ducit̄,fo.17.a

Operum iuſtitia etiam cum fide ſalubriter prædicanda,fo.43.a

Operibus noſtris omnibus ineſſe peccatū utrinq; tractatur,fo.45.a

Operum bonorū efficacia,fo.60.a

Opera noſtra bona omnia ſunt dei,tripliciiure,fo.83.b

Opera bona quomodo ſint omnia tota dei & totaliter,& quomō noſtra,fo.84.b

Opera bona eſſe neceſſaria adulto,probatur ad longum,fo.137.b

Opera non perficiunt in actu primo, ſed ſed ſecundo,fo.140.b

Opera exigentur in iuditio extremo, fo.144 b

Opus ex fide habet quandam æternitatem, fo.145.b

Opera noſtra acceptantur tanquã digna remuneratione æterna, Ibidem

Oratio Chriſtiano ſumme neceſſaria, & qualis eſſe debeat, fo.36.a

Ordines regulares ſint ſcholæ uirtutum & Chriſtianorum, fo.99.b

Ordines religionum non ſunt diabolo aſcribendi, Ibidem

Ordinum abuſus non præiudicet uere religioſis, Ibidem

Ordinum inſtitutores qui & quando fuerint, fo.128.b

Ordinum & religionum quatuor cauſſæ fo.132.b

P

Patientia habenda in aduerſis multis ſua detur, fo.55.a

Panis ſpecie quare Chriſtus ſumi uoluerit, fo.109.a

Panis ſubſtantia ſi remaneat nec ne in ſacramento, Ibidem b

Paupertas rerum a Chriſto ſuaſa, fo.129.a

Paupertas in priuato eſt utilis ſpiritui, fo.134.a

Pauli ſubitanea conuerſio unde fuerit & qualis,fo.71.a
Pauli medullam quis poſſit digne conſequi,fo.101.a
Pauli qualis fuerit libertas ſpirit9,fo.120.a
Paradiſus ſpiritualis primi hominis qualis fuerit,fo.49.a
Paruuli non baptizati,ſunt filij irę,f.50.a
Peccatum Adæ fuit grauiſſimum multipliciter & mortale,fo.49.b
Peccatum factum eſt nobis connaturale etiam baptiſmo purificatis, fo.54.a
Peccatū multipliciter dicitur in ſacra ſcriptura,fo.54.a
Peccatum in actu unde oriatur,fo.58.a
Peccatum mortale & ueniale quomodo differant, fo.61.b
Pctm̄ omne poteſt dici mortale,fo.62.a
Peccatū complectitur auerſionem & conuerſionem,fo.66.a
Peccatores trahit deus amore & timore,fo.69.b
Pelagianorum propoſitiones & circa eas dogma duplex,fo.6.a
Pœna Adæ inflicta, priuatiua poſitiua fo,50.b
Pœnitentiæ ſacramentum fidem neceſſario exigit, fo.40.a

Pœnitentis puſillanimitas duplici ratio-
ne titubat,fo.41.b

Pœna poſitiuæ primorum parentũ, quæ
fuerint,fo.51.b

Pœnitentia uera a timore ſeruili inchoan
da diſputatur,fo.62.b

Pœnitentiam ab amore incipi arguitur,
fo.64.a

Pœnitentia includit auocationem a crea-
turis,fo.67.b

Pœnitentiam ueram ſola diuina efficit
gratia,fo.68.b

Pœnitentiam impedit uoluntas peccan-
di,fo.68.b

Pœnitentiæ exordium eſt charitas & ti-
mor,fo.75.a

Perfectionem qualẽ uiator acquirere po-
teſt,fo.141.a

Peregrinationes uota quid habeant bo-
ni,fo.150.a

Philoſophia a doctoribus appreciata &
culta,fo.22.a

Populo quæ & qualiter ſunt dogmata
proponenda,fo.43.a

Poſſe duplex, politicum & logicum, diſ-
ſentionem cauſſauit,fo.22.b

Poſſeſſiones temporalium debentur reli
gioſis bonis,fo.134.b

Præcepta dei in paradiſo homini impoſi-
ta tria ſunt,fo.27.a
Prædicator feruenter inculcet timorem
& amorem,fo.74.b
Prælatus diſcretus lex uiua,fo.154.b
Præparatio ad euchariſtiam, quæ qualis
& quanta,fo.111.b
Præparatio exterior ad euchariſtiã, quæ
qualis ſit,fo.112.a
Promiſſa dei ad tria terminanť,fo.148.b
Prroximum ædificare ſemper iubemur
fo.142.b
Proximis miſericordiæ opera impenden
da,ibidem.

Q

Quadratura ſaluberrima, fides, ſpes, cha
ritas,opera.fo.143.a

R

Rechabitæ quare a domino commenda-
ti,fo.124.a
Reformatio hominis exterior & interior
ſemper curanda,fo.132. b
Religionum uel ordinum quatuor cauſ-
ſæ,fo.133.a
Religioſi magnam ſanctitatis oportuni-
tatem habent,fo.153.a
Religioſi conformitatẽ maiorem habent
ad conciues cœleſtes,fo.153.b
Reliquiæ male actæ uitæ difficile abſce-
dunt,fo,72,b

S.

Sacerdotium gratiæ an chriſtianis oĩbus conueniat diſputatur,fo.95.a
Sacerdotium unicũ omnium non excludit ordinem ſingulorũ,fo,98 b
Sacerdotium duplex ſecundum duplicē dei cultum, fo.97.a
Sacerdotium uerum & internum liberrimum eſt & perfectiſſimũ,fo.97.b
Sacerdotiũ internum domini habet regē & ſuperiorem,Ibidem
Sacerdotes dei interni perfecta libertate gaudent,fo.98.a
Sacerdotium regale eſt perfectæ libertatis honor,Ibidem
Sacerdotium regale eſt in membris corporis crucifixi,ibidem a
Sacerdotium regale qualia habet ſacrificia,fo.100.b
Sacerdotium eccleſiaſticum in apoſtolis eſſe primo fundatũ,fo.101.a
Sacerdotium Chriſti capitis omnia nobilitat alia officia,fo,101.b
Sacerdotalis dignitatis capaces ſunt oēs Chriſtiani,fo.102.a
Sacerdotij adminiſtratio quare mulieribus interdicta,Ibidem
Sacerdos aduocandus eſt,non temere irrumpens,Ibidem

Sacerdotũ dotes quales eſſe debeant, ibi.

De ſacerdote quomodo ſibi fideles, prouidere debeant & poſſint, fo.103.a

Sacrificiũ eſſe euchariſtiam & teſtamentum probatur, fo.85.b

Sacrificium uidetur eſſe ferme de lege naturali, fo.92.a

Sacrificium quoddam eſt etiam in interiori cultu dei, fo.91.b

Sacrificium nouæ legis debet eſſe ſenſibile, fo, 92.b

Sacrificium nouæ legis commune ſit toti eccleſiæ Chriſti & unum, Ibidem

Sacrificium nouæ legis debet eſſe diuina uoluntate inſtitutum, fo.93.a

Sacrificiũ nouæ legis deum perfecte placat, Ibidem

Sacrificiũ nouæ legis offerre poſſumus pro omnibus eccleſiæ membris, fo.94.a

Sapientiæ diuinæ fructus multi & amabiles, fo.1.a

Sapientia theologorum referat charitatem & manſuetudinem, fo.4.a

Sacramentorũ quatuor reſpectus ad quatuor modos dominum colendi, fo.39.a

Ad ſacramentum nouæ legis exigitur diuina inſtitutio & illius certa reuelatio, fo.39.a

Sacramenta nouæ legis ſunt ſigna certa gratiæ,fo.114. b

Sacramentũ inſtituere ſolius dei eſt,Ibid.

Sanctorum & contemplatiuorum qualis ſit in præſenti felicitas,fo.47.b

Scholaſtici theologi libero arb. parũ tribuunt,nec dei gratiæ p̃iudicant,fo.18.b

Scolaſticorum doctorum ſtudia excuſantur,fo.22.a

Scoti opinio de gratia & libero arbitrio qualis fuerit,fo.20.a

Scientia linguarũ & gentilium uſu religioſo habenda,fo.22.b

Scientia ſalutaris quibus modis Chriſtianis exhibenda,fo.44.a

Scriptura diuina quomodo fidelibus ingerenda, ibidem

Scriptorũ noſtri temporis ad antiquos comparatio,fo.2.b

Scribitur ad commodum temporale & ſine charitate,fo.3.b

Scripturæ ſacræ regula nos de pronunciandis inſtruat,fo.78.b

Scripturæ ſacrę loca tam clara quã obſcura quomodo recipienda,ibidem

Scripturæ ſcopus nobis ſit dei gloria & animarum ſalus,fo.79.a

Sectæ perditõis nõ ſunt ordines monachorum,fo.133.a

Seruitus triplex corruptionis, peccati & legis, fo.116.a
Silentium utile religioſis immo omnibus Chriſtianis, fo.129.b
Spiritus triplnx in corpe naturali, fo.139.b
Spirituſſanctus quibus modis naturæ noſtrę medet languoribus, fo.119.a
Spirituſſanctus in anima operatorius eſt bonorum operum, fo.139.a
Spiritum probatio ſcripturæ autoritate & alijs modis fiat, fo.149.b
Spei obiectum fructus & actus qui ſint, & præmium, fo.29 a
Spei cõmoditates, quidq; operetur in nobis, fo.29.b
Spe potiſſimũ tria expectamus, fo.30.b
Statuũ & uitæ diſcrepantia ubiq; reperit, fo.133.b

T

Tempus gratiæ ueritas eſt reſpectu legis moſaicæ, & umbra reſpectu beatitudinis futuræ, fo, 92.a
Timor duplex ſeruilis & filialis, fo.69.b
Timor immiſſus a deo & ab homine diſferunt, fo.70.a
Timor neceſſaria eſt gratia, fo.70.b
Timor ſeruilis & eius cauſſę ſalubriter p̃dicari poſſunt, fo.74.b
Thomas Aquinas quid de gratia & lib. arb, ſentiat, fo.18.b

Traditiones humanæ qualiter obligent, fo.123.a
Tranſgreſſio legum fit dupliciter,f.124.a.
V
Verbo incarnato gratificat ſibi deus omnia,fo.56.b
Virtutes theologicales adinuicem comparantur quo ad uerum dei cultum,fo.90.a
Victoria de peccatis a domino poſtulanda,fo.13.a
Vnitas eccleſiaſtica non excludit omnem uarietatem,fo.133.a
Voluntas dei ratio omnis bonitatis oſtẽditur,fo.58.a
Voluntas dicitur cooperari gratiæ, acquieſcendo motui ſanctiſpiritus,fo.82.a
Voluntatis conſenſus in bonum, eſt proles naturalis uoluntatis & adoptiuus gratia,fo.83.a
Voluntas noſtra nunquã de bono opere gloriari poteſt,fo.84.b
Voluntas dei quadruplici uia nobis innoteſcit,fo.148.a
Vocatio ad ſacerdotiũ a deo expectanda,fo.103.a
Vota religioſorum non obligare eos diſputatur,fo.126.a
Votorum deus exigit ſolutionem, ideo

non dicuntur tantum permiſſa,fo.136.a
Vota habent in ſcripturis fundamentum,fo.136.b
Vota monaſtica unde originem ſortita fo.154.a
Vota religioſorum quos habeant comites,fo
Voti obligatorij ratio, ex ſola pendet uoluntate dei,Ibidem
Vouentium qualis eſſe debeat finis & intentio,fo.155.a
Vouentium multiplex finis intenditur Ibidem
Votorum Monaſticorum fructus & cõmendatio,fo.156.a
Vota unde habeant rationem bonitatis fo.150.a
Votum a deo probandum ſeptem habeat comites,Ibidem

Z

Zizania religioſorum plura ſunt in tritico,fo.100.a

FINIS

ERRATA

Fo.3.a.lege inuectiuas & ſcriptitandi.Fo. 3.b.lege ſcandalizati.Fo.4.fa.b. lege diffidẽ tes.Fo.5.a.lege fungamur. Fo.7.a. lege cõ monſtrent.Fo.b. poſſis.Fo. 8.a lege ad q̊d. fa.b.lege dominaberis. Fo.9. lege deſperatio.Fo.13.lege triumphat per nos. Fo.14.a. lege benefica. Fo.16.a. lege ex operis bonitate.Fo.20.fa.b.lege deum impoſſi & non dũ Fo.26.a.lege ſtillicidia.Fo.29.b,lege triturat Fo. 39. a, lege deo unienti. Fo. 42.a. lege lachrymis.Fo.43,a,lege præuenientium fidẽ. Fo.48.a lege in tentationis.Fo,55,a,pro honeſti lege onuſti.Fo,56, pro præcedunt lege præſcindunt.Fo.59,b,lege ſed ex ipſis nõ & Fo,65,a,lege uoluntas non uoluntatem. Fo 67,a,lege concupiſcentia. Fo,68,b,lege potis eſt non totis. Fo,70, lege peccatum non peccati.Fo. 72, b, lege fulgura non uulgura, Fo.78,lege potito.Fo,79,lege animarũ non animatam.Fo,86,b, lege munda non mundatur. Fo,88, a, pro non adimplendum lege nos.Fo,115,a,lege equidem, Fo, 116, pro induitis lege induiſtis. Fo,153,pro oportuni tate lege oportunitatem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRAEFATIO

FRATER CASPAR SASGErus minoritani ordinis profeſſor, Candido lectori S.

SAnctus Iacobus apoſtolus, frater domini diuino afflatus ſpiritu, Sapientiã diuinã a mundana diſcriminans, & hãc quidem ut terrenã, animalem & diabolicam exſufflando eliminans & tranſiliens, inquit, Quæ aũt deſurſum eſt ſapientia, primũ quidẽ pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione.

Iaco. 3
Sapiẽtiæ ueræ deſcriptio.

Diuina plane deſcriptio, omnem Chriſtianę religionis ſummam cõplectens, deiformemq; hominem effigians, dũ intelligentiam ſuperno colluſtrat lumine, affectũ defecatum diuino guſtu inebriat. Sapidã quippe ipſam eſſe neceſſe eſt, quæ diuina eſt. Totũ deniq; pacificat hominem, ea utiq; pace quæ oẽm exuperat ſenſum, & in cordibus noſtris exultat quibus radicitus intimis inſertis uiſceribus exuberãtiſſimi prodeũt fructus. Plena quippe eſt miſericordia, & fructibus bonis, & er-

Phil. 4
Colo. 3

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Rom.12 ga proximũ pacatiſſimis. Necq; enim ſapere
facit plus quã oportet, ut cõuulſa præſum-
ptione temeraria, pudice ſapiat, & ad ſobrie
2.Tim.2 tatem. Nec tumultuoſa delectat uerborum
pugna, quæ ad nihilum utilis eſt, niſi ad ſub
uerſionem audientiũ. Modeſtiã deinde cõ-
plectitur, amarulentas deteſtans inuectiões,
ne ſi cultores ſui inuicem mordeant, ab inui
Gala.5 cem conſummantur. Suadibiles prǫterea ef
2.Cor.10 ficit, In captiuitatem redigens omnẽ intelle-
ctũ in obſequium Chriſti, ut ſint oẽs docibi
Ioan.6 les dei, Necnõ bonis cõſentientes, ut ſic nec
Sapi.6 intellectus adhæſiõe obtenebret pertinacĩ,
quia clara eſt, & quǫ nõ marceſſit, Nec obſti
nata cõtradictione indureſcat affectus. Sa-
nũ nihilominus reddit palatum ſine ſimu-
latione iudicans. Hanc nõ diſpari cultu uas
2.Tim.2 electionis, ſingulareq; æternæ ſapientiæ or-
ganũ, exornat inſtruens diſcipulũ. Seruũ, in
quit, dñi non oportet litigare, ſed manſuetũ
eſſe ad oẽs, docibilem, patientem, cũ mode-
Pro.19 ſtia corripientem eos qui reſiſtunt ueritati.
Doctrina nempe uiri per patientiã dinoſcit.
Cernis candide lector, quam ſuauem, conſo
nũq; de patientia ſpirituſſancti organa reſo
nant concentũ, penſitas nihilominus quam
nõ modo ſalubris, uerũ quoq; neceſſaria ſit

eius acquiſitio. Sed ſapientia ubi inuenitur,
& quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit hō pre Iob. 28.
tiū eius, nec inuenit̃ in terra ſuauiter uiuenti Sapiẽtiæ
um, Cuius ęſtimatio oẽm ſupergredit̃ intel laudes.
ligentiam, nã quicquid cõcupiſſibile expeti
tur, in ea pręſtat̃ exuberantius. Si opes appe Sapi. 8
tis, quid ſapientia locupletius, quæ operat̃ Prouer. 3
omnia? Precioſior eſt enim cunctis opibus,
& oĩa quę deſiderant̃ in terris, huic nõ ualẽt
cõparari. Si uictoriã, melior eſt ſapiẽtia quã Eccle. 9
arma bellica. Si ſanitatem, per ſapientiam ſa
nati ſunt oẽs. Si potentiam, oĩm potentior Sap. 9
eſt. Si eloquentiam, linguas infantiũ facit di Sap. 10
ſertas. Si uitã, filijs ſuis uitã inſpirat. Si deliti Eccle. 4
as, nõ habet amaritudinem conuerſatio illi- Sap. 8
us, nec tædiũ conuictus eius, ſed lætitiam & Eccle. 40
gaudiũ. Nam uinũ quidem & muſica lætifi- Sap. 6
cant cor, ſed ſuper utraq; dilectio ſapientiæ. Sapiẽtiæ
Si regnũ, dilige ſapientiã ut in perpetuũ re- origo.
gnes. Hęc de occultis trahit̃ diuinę uidelicet Iob. 24.
ſcripturæ arcanis. Habet argentũ uenarum
ſuarũ principia, & auro locus eſt in quo con
flat̃. Habet & theoſophia noſtra uenas abdi
tiſſimas, fœraciſſimas autem e quibus eruit̃,
erũta congeritur, cõgeſta conflatur, cõflata
depuratur, Igne utiq; quẽ ſaluator benedi-
ctus uenit mittere in terrã cordis noſtri, & Luc. 12

uoluit uehementer accendi, q̊ & nõ modo a peccati rubigine, ſed ab errorũ quoq; expurgatur ſcoria. Verum hoc opus, hic labor eſt dũ pro captu ſuo quiſq; ex montibus ęternis, diuinæ ſcripturæ libris, auriferis, uerbũ æternũ continentibus, aurum elicere conatur. Et alius quidem indicum & euilaticum
Gen. 2 regionis calidiſſimæ, Et ſcriptura teſte, aurũ terræ illius optimũ eſt, ſolis ſiquidem ardoribus excoctũ. Eo rutilat clarius, quo ſublimius influxũ participat cœlicũ. Alius uero aquilonicũ, nempe & ab aquilone aurũ ue-
Iob. 37 nit, a regione, heu, gelida. Sed quorſum hæc parœmia? Siniſtrorſũ ad infœlicia tempora noſtra, in quibus omnes ſibi ſapientiæ aurũ uſurpant, ſapientiam ipſam buccis cõcre
Hieroni. in Epiſt. ad Paulinũ. pantibus uentilant, &, ut ſancti Hieron. utar calamo, ſola ſcripturarũ ars eſt, quã ſibi paſſim omnes uendicant. Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim. Hãc garrula anus, hanc delyrus ſenex, hanc ſophiſta uerboſus hanc uniuerſi præſumunt, lacerant, docent, antequã diſcant. Alij obducto ſupercilio grandia uerba trutinantes inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij diſcũt, proh pudor, a fœminis quod uiros doceãt, & ne parũ hic ſit, quadam facilitate uerborũ, immo audacia ediſſerunt alijs, quod ipſi

non intelligunt, taceo de mei ſimilibus, q̄ ſi forte ad ſcripturas ſanctas, poſt ſeculares literas uenerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quicquid dixerint hoc legem dei putant. Nec ſcire dignant̄ quid prophetæ, q̄d Apoſtoli ſenſerint. Sed ad ſenſū ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non uitioſiſſimum dicendi genus, deprauare ſententias, & ad uoluntatem ſuam ſacram ſcripturam trahere repugnantem. En mi lector, quā concinne hæc noſtro quadrent æuo, niſi quod in præſentia nedū ſcripturas laceras, ducunt, uerū ſcriptores q̄ꝙ ipſi mutuis ſeſe aggrediunt̄ umbonibus. Accincti quippe Aotica ſica, in fœmore quidem dextro Zelum iuſtū prętendentes. Sed eam ſiniſtra (actu ſcilicet indebito) arripientes, in aduerſarij ſtringunt uentrem, tametſi pinguiſſimū muneribus diuinis ſaginatum ut ſic per ſecreta naturæ, alui prorumpant ſtercora, infamiæ putorem exhalantia. Alij ita aliorum crinibus innectāt manus, ut eas (niſi capillatura radicitus euulſa, & recaluaſtris de lepra hæreſis uehementer ſuſpectis effectis) excutiant minime. Tanta enim modo eſt innectiuas ſcriptandi libertas, ut uix cuiuſpiam tuta ſit fama. Sed quouſqꝫ, o uiri fama celebres, literarū peritia illuſtres, quo-

Scriptores noſtri tēporis

Iudic. 3

Leui. 13

uſq; in cõciuium ueſtrorũ uerſabimini ſanguine. Nũ uſq; ad internitionẽ mucro ueſter
deſeuiet? an ignoratis, q̃d periculoſa ſit de-
2.Reg.2 ſperatio? Et tu o Ioab, o principes Chriſtianæ militiæ, uſq; q̃ non inſonas buccinna, decreto & iuſto & pnèceſſario, ut frater fratrẽ perſequi obmittat. Ecce illis deſcẽdentibus in harenã, & in literaria paleſtra decertantibus promiſcuũ ſpectat uulgus. Alij rident, & doctos derident, dicentes, uino madent, ſtuduerunt calicibus epotandis. Alij etiã in doctrina fidei fluctuantes hęrent, neſcientes cui parti fidem accomodent. Alij alterius partis cauſas ſibi uendicantes, nõ ſpectatores modo, uerũ & propugnatores ſeſe præſentant acerrimos, aduehentes ſuppetias, & pugilũ numerum inſtaurantes. Porro alij ſcandelizati exacerbant, conuitiorũ in eos ſpicula iaculantes. Vereor ne horũ ſapientia

Commodũ temporale. terrena ſit, temporalibus intenta cõmodis, animalis proinde & carnalis. Cum enim ſit inter uos zelus & contentio, nõne carnales
1.Cor.3 eſtis, & ſecundũ hominem ambulatis? Diabolica deniq;, inuidiæ & ambitionis ignem ſpirans, Et ex conſequenti non aurũ uerum quin uerius aurichalcum. Quod ſi uerũ, nõ Indicium, quia non ignitum, probatũ, pur-
Eſa.14 gatum, ſeptuplum. Aquilonicum autem, ex

monte erutũ, quem Lucifer olim conabat conſcendere,ut ſimilis fieret altiſſimo. Non hoc probatur a Chriſto, qui factus eſt nobis ſapientia,& iuſtitia, & ſanctificatio,& redemptio. Aliud quoddã in officina ſua cuditur, puriſſimũ & plane ex quo ſanctuariũ cum omnibus uaſis ſuis conficit. Cuius naturam uireſq; S.Paulus deſignat elegantiſſime. Charitas,inquit,patiens eſt,benigna eſt non agit perperã,non inflat, nõ eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt., non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autẽ ueritati, omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat, omnia ſuſtinet. En uirtutes mirabiles, ex ſupercœleſti utiq; ac diuina influentia impreſſæ. En uera theoſophorum ſapientia,qua ſacra ſcriptura in utroq; inſtrumento opipare eſt referta,Hæc pacem uerã cordibus inſtillat,diſcrepantes ad uniſonum reducit cantum,priſtinam reſtituit amicitiam, & cuncta ad tranquillitatem reformat. Sed quid agimus candide lector, inter tantas conſiſtentes procellas? Occurrunt autem animo tria,cum certe ſpei fiducia, fructum pacatiſſimum allatura, Inter quæ, primum iuſtiſs. ſibi uendicabit locum diuinæ liberalitatis imploratio deuota ſancti Iacobi ſuaſu inducti. Si quis

1. Cor.1

1. Cor.13 Charitatis natura.

auctoris triplex conatus

ueſtrũ indiget ſapientia, poſtuleta deo, qui dat omnibus affluenter,& dabitur ei. Oremus itaqꝫ cũ ſapientię, Da nobis domine ſedium tuarũ aſſiſtricem ſapientiam. Mitte illam de cœlis ſanctis tuis,& a ſede magnitudinis tuæ, ut nobiſcũ ſit & nobiſcum laboret, ut ſciamus quid acceptũ ſit apud te. Cogitationes enim mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Secundo proinde loco, ipſos athletas fortiſſimos in literario campo cominus conſiſtentes,& ad congreſſum ſeſe mutuũ cohortantes, adeamus. Et quibus armis, quibuſqꝫ machinis fidant, ſolertius proſpiciamus, Cauſarũ nihilominus merita rimaturi, Quibus omnibus prouide exploratis. Tertio loco omni niſu diſſedentes ad conſonantiam reducere conabimur, Spero autem, quia deo auſpice, operã noſtram nõ ludemus. Tu autẽ mi lector, comitem te mihi prębe indiuiduum oro.

Sap. 9

CONATVS PRIMVS DE gratia & libero arbitrio.

INgreſſis itaq; nobis locũ conflictus, Primus armorũ ſtrepitus de libero arbitrio & gratia ſuſtollit ad ſydera, tantuſq; concrepat fragor, ut & cœlum miſſilibus ſtipari, & terra bombardarũ tonitruo tremere uideatur. Verum accedamus proprius diſſidentes rogemus partes, arma ponere, cauſamq; tranquillo tractare animo. Illis acquieſcentibus, hæreſis Pelagiana in mediũ producitur, in cuius radicalem eliminationem prima pars fortis uiribus, fidei zelo ſuccenſa, efferueſcit uehementius, conteſtans partem alteram, huic plus æquo fauentem, Diuinæq; gratiæ iniurias diſſimulantem, necnon diuinas ſcripturas extorte, & a uero intellectu extrarie interpretantem, quæ ſine iuſticiæ cenſura pręteriri ualeant minime. Porro altera calumniari ſe conſtanter affirmat, horũq; contraria ex ſuorũ publicis inſtrumentis ſub certa aſſeueratione offert ſe probaturam. Quid ad hæc conſilij affers perſpicax lector, fugamur legatōis munere (ora-

mus)ueritatis æternæ. Hanc ſubeamus prouintiã, probamenta audiamus, & hęc ſolidiſſima ex ſcripturis diuinis producta. Ex doctoribus uero ſanctis aduectas ſuppetias e propoſito ſelegemus. Tũ quia uáriant teſtimonia, tũ quia utraq; pars eas uſurpare, & ſibi uendicare conatur, tum tertio, quia nonnulli eas libera fronte poſtergant, dum a uotis ſuis diſcrepant, Tum quarto, quia riuuli ſunt, ex ſacræ paginæ ſcaturigine erumpentes. Et nonnulli quidem longius abeunt, unde ſordes plurimas contrahunt. Nonnulli autem uicinius origini proximant, unde ſolidam & irrefragabilem ueritatem non ſtabiliunt, quanquã cauſæ probabilitatem efficiant. Verũ cum in fonte potius quã in riuulis potandũ ſit, pro eo q̃d ibidẽ dultior, recẽtior, puriorq; hauriat̃ aqua, Super ſacri canonis puteũ cũ domino Ieſu reſidebimus, ſupplices ipſum pro aqua uiua interpellantes.
Ioan. 4 Cæterum ex ratione deſumptas pædagogias nõ magnis comparabimus ſumptibus. In materia enĩ theologica cæcutit ratio plurimum obfuſcant̃ quippe eius radij in Theologici luminis præſentia, uti ſtellæ in ſolis proſpectu.

Vt igit̃ proceſſui exordiũ faciamus, producat̃ Pelagius in harenam, aſſertiones ſuas in

medium deducturus. Et ecce temerator animoſus proſilit, Et quaſi tuba uocẽ ſuã exaltans, nõ a dño iuſſus, ut Eſaias, ſed ſuperbiæ ſpiritu inflatus, ut uter intus uacuus ueritate, cõplures boat articulos. Ex quibus ſubſignati, ſicuti principales, deſumpti ſunt. Eſa. 54

1. Articulus. Ad rectitudinẽ uoluntatis non eſt neceſſaria gratia, ſed ſufficit ſcientia tantũ.

2. Liberum arbitriũ ex natura ſua poteſt mereri gratiam & uitam æternam.

3. Gratia qua ab impietate liberamur & adiuuamur, daẽ ſecundũ merita noſtra.

4. Per liberum arbitriũ ſine gratia poſſunt impleri diuina mandata.

5. Gratia nobis daẽ, ut facilius faciamus quę facere per liberũ iubemur arbitrium.

6. Orationes eccleſiæ pro infidelibus ut cõuertanẽ, pro fidelibus ut perſeuerent, & in fide creſcant, fruſtra fiunt.

7. Paruuli naſcuntur ſine originali culpa.

Ad has omnes aſſertiones reducunẽ, neceſſitati & efficatiæ diuinæ gratiæ derogantes & præiudicantes.

Cernis mi lector, litem in radice nõ eſſe de lana caprina, ſed de gratia diuina, de re utiq; maxima, ſummeq; neceſſaria, & ob id ardentiſſimis affectibus exquirenda. Ad cuius iniuriam propellendam accingi debet

omnis militia Chriſtiana. Hoc ſanctos cōci
tauit Doctores, hoc plæraqꝫ cōmouit conci
lia ad arripiendū arma catholica & apoſtoli
2.Cor.10 ca, Non carnalia, ſed potentia deo ad deſtru
ctionem munitionū, conſilia deſtruentes, &
omnē altitudinem extollentem ſe aduerſus
Cōtra Pelagianos ſcientiam dei. Hoc zelo concitata pars pri-
ma producit ſpicula acutiſſima, ex utriuſqꝫ
inſtrumenti pharetra, & in Pelagiū pelagia-
Hiere.10 naſqꝫ figit cohortes. Citat S. Hieremiam in-
quientē, Scio domine, quia nō eſt hominis
uia eius, nec uiri ē ut ambulet & dirigat greſ
Pſal.13 ſus ſuos. Pſalmiſtam. Oēs declinauerunt, ſi-
Sapien.8 mul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bo-
num, non eſt uſqꝫ ad unū. Sapientem, Sciui
qm̄ aliter non poſſum eſſe continens, niſi de
us det. Et hoc ipſum erat ſumma ſapientia,
Rom.9 ſcire cuius eſſet hoc donum. Sanctū Paulum
ſtrenuiſſimū campiductorem catholicæ mi
1.Cor.2 liæ, ad Rom. Itaqꝫ non eſt uolentis, nec cur-
rentis, ſed dei miſerentis. Ad Corinth. Non
enim ſpiritum huius mundi accepimus, ſed
2.Cor.4 ſpiritū qui ex deo eſt, ut ſciamus quæ a deo
2.Cor.3 donata ſint nobis. Iterū, Quid habes quod
non accepiſti? ſi aūt accepiſti, quid gloriaris
quaſi non acceperis? Et iterū, Non quod ſuf
ficientes ſimus aliquid cogitare a nobis, tan
quam ex nobis, ſed ſufficiētia noſtra ex deo

eſt. Ad Epheſ. Ipſius ſumus factura, creati in Christo in operibus bonis, quę præparauit deus ut in illis ambulemus. Ad Philip. Deus operatúr in nobis uelle & perficere, ſiue operari. Sanctũ Iacobũ, Omne datum optimũ, & omne donum perfectũ deſurſum eſt, deſcendens a patre luminũ. Quid his lucidius produci poteſt contra Pelagianã factionem, cũ communſtrent clariſſime, nos uiribus noſtris nõ modo bonũ operari nõ poſſe, uerũ & nec uelle, &, quod abundantiſſimum eſt, nec cogitare quidem. Deniq; ſaluator noſter benedictus, omnia uno uerbo cõplexus, inquit. Sine me nihil poteſtis facere. Nihil autem & aliquid opponunt contradictorie. Ad hæc aduerſarij, Pelagianam hæreſim, cũ omnibus articulis ſupra ſignatis deteſtamur una uobiſcũ, Nec ex inſtrumentis ex uobis aut noſtris emanatis, contrarium probabitis unquam. Miſſilia quoq; ex pharetra ſancta producta nõ nos ſauciant, ſcutũ obijcimus, ſanũ uidelicet ſcripturæ ſanctæ intellectũ. At hi, Ha ſanũ, ſecundũ inſecti palati ueſtri iudiciũ. Nempe cũ febre & quotidiana ſitis correpti, cuncta ueſtro quadratis capiti, & ſcripturas ſanctas, quanquã reluctantes, per capillos in ueſtrũ traducitis obſequium. Quid quod libero arbitrio tantũ

Ephe. 2
Phil. 2
Iacob. 1
Ioan. 15

arrogatis, ut affirmetis ipſũ ſine ſpeciali dei ſuffragio, poſita ſola generali dei influentia, Poſſe actũ moraliter bonũ elicere, Poſſe mãdata dei implere, Poſſe tentationem fugare, Poſſe ꝙ in ſe eſt facere, quo diſponat ad receptionẽ gratiæ, Poſſe de congruo mereri ipſã gratiam. Nunquid hęc Pelagianam ſapiũt hæreſim? Num ſupra deũ idolũ ſtatuitis li-
Heb.10 berũ arbitrium? Nonne his aſſertionibus filium dei conculcatis, & ſanguinem teſtamẽti pro gratia impetranda effuſum, pollutum ducitis, in quo ſanctificati eſtis? & ſpiritui gratię cõtumeliam facitis? Iſti econtra, Ecce hæc dicentes, iniuriam nõ ferendam nobis irrogatis. Lector mi, ſilentiũ utricꝫ parti indicere operæpretiũ eſt, Modo bilis exarſit in ſynagogis eorũ, & niſi celerius ſopiatur, flamma ſuccreſcet inextinguibilis, & uerbis ſuccedent uerbera, incipientcꝫ probris, iniectis ꝙꝫ pugnis, ſoluere argumenta. Nõ inquiunt alterius farinæ piſtores, Modeſtius agemus. Nihilominus tñ & nos pro noſtris ſenſibus munimẽta ex diuino producimus
Deut.30 armario. Ait enim S. Moyſes, Mandatum hoc quod ego præcipio tibi, hodie non ſupra te eſt, necꝫ procul poſitum, nec in cœlo ſitum, ut poſſit dicere, Quis noſtrũ ualet ad cœlos aſcendere, ut deferat illud ad nos, ut

audiamus atque opere compleamus. Neque trans mare poſitū,ut cauſeris & dicas, quis e nobis poterit mare transfretare,&illud ad nos uſque deferre, ut poſſimus audire & facere quod præceptū eſt, ſed iuxta te eſt ſermo ualde in ore tuo,& in corde tuo, ut facias illū. Quid aliud his innuit uerbis, quā quod mandatū diuinū facultatē liberi arbitrij nō tranſcendit. Ad hoc facit illud ſapientis. Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit illū in manu cōſilij ſui,adiecit mandata & prǽcepta ſua. Si uolueris mandata conſeruare, conſeruabunt te. Appoſuit tibi aquā & ignē ad quid uolueris,porrige manū tuam. Ante hominem uita & mors,bonū &malū,quod placuerit ei dabit illi. In quibus uerbis arbitriū hominis ſignat liberū,& in nullam partem coactū uel neceſſitatū. Itē Paul. apoſtolus, Cū gentes quæ legē non habent naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt,eiuſmodi legē nō habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendūt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorū. Ecce hac auctoritate oſtendit, quod gentes uerū deū ignorātes,& Idola colētes,nedū ea quæ legis ſunt faciunt, uerum quoque legem lumine naturali cognoſcunt,lex autē nō niſi bona opera præcipit. Nam ut idem teſtatur Rom.2

Eccle.15

Rom.2

Lex quidem ſancta & mandatū ſanctum &
Pſal.4 iuſtum & bonum. Cooperat̄ Pſalmiſta in-
quiens. Multi dicunt, quis oſtendit nobis
bona. Reſpondendo ſubdit. Signatū eſt ſu-
per nos lumen uultus tui domine. Hoc lu-
men eſt iudicatoriū illud naturale, igniculus
in anima inextinguibilis remurmurans con
tra malū, & ſtimulans ad id quod bonū & iu
ſtum iudicat, hunc & infideles habent. Sed
& in damnatis perpetuo manet, & in eis una
Eſa.66. eſt de maximis pœnis. Eſaiæ. Vermis eorū
non morieẗ, & ignis nō extinguetur. Ad idē
1.Cor.7 S. Paulus. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus
non habens neceſſitatem, poteſtatem autē
habens ſuæ uoluntatis. Adducitur ad idem
Gen.4 illud Gene. Vbi deus loquens ad Chaym re
probum. Nonne (inquit) ſi bene egeris reci-
pies, Sin aūt male, ſtatim in foribus peccatū
tuū aderit. Sed ſub te erit appetitus eius, &
tu damnaberis illius. Sub te, gloſſa, quia li-
beri es arbitrij, Et tu dominaberis, quia ne-
mo peccat in eo quod uitare non poteſt. Itē
deus præcipit homini bona opera ergo po
teſt ſeruare ea & facere, Alio qui præcepiſſet
impoſſibilia, Cōtra id quod ſanctus Hiero-
nymus in expoſitione fidei Catholicæ in-
quit, Execramus eorū blaſphemiam, qui di
cunt, impoſſibile aliquid homini a deo eſſe

præceptũ, & mandata eius non ſingulis, ſed
ab omnibus poſſe ſeruari. Coaptantur ad
idem omnes diuinæ ſcripturæ exhortatio-
nes, auiſationes, promiſſiones; cõminatio-
nes &c. quæ inanes uiderent ſubmota ho-
minis ad faciendũ bonũm, ſicut & malum, li
bertate. Sic dicit Eſaias. Si uolueritis & au- Eſa.1
dieritis me, bona terræ comedetis. Hieremi Hier.7.&
as quoq;, ait, Bonas facite uias ueſtras & ſtu 26.
dia ueſtra, & audite uocem domini dei ue-
ſtri, & pœnitebit dominũ mali, quod locu-
tus eſt aduerſum uos. Et Samuel inquit, Prę 1.Reg.7
parate corda ueſtra domino & ſeruite illi ſo
li. His & ſimilibus uerbis utrũq; inſtrumen
tum copioſiſſime eſt refertũ. In quibus non
dicitur, Rogate dominũ, ut ipſe præparet, fa
ciat &c. Sed uos præparate, facite, auferte
malum, & ſimilia.

Ecce chare lector utriuſq; partis luſtraui-
mus arma. Nec tamen omnem eorũ euolui-
mus ſuppellectilem, Nec ex ſanctis doctori-
bus taxauimus ſuppetias, perſuaſioneſq;
præteriuimus rationum, Nam quis hęc cũ-
cta girabit? Immenſum profecto cuderetur
opus & non niſi in uolucris refertum irreſo
lubilibus, Verũ ex fonte limpidiſſime hau-
ſimus, unde laſſi refocillentur, modo eis in
uaſculis mundis adferantur. Supereſt itaq;

tertio loco adniti, quoad poſſumus, diſſidẽtes paci concordiæq; reſtituere. Nec deſpiratio noſtras cõcutiat mentes, uiri cordati ſunt, pro pace reformanda aliquid laxabũt de proprio iudicio. Salua diuinæ ſcripturæ auctoritate, in concuſſaq; ueritate. Conabimur aũt, propoſitis quibuſdã medijs a neutra partium, iure reſpuendis. Quæ ueritatis indagines appellare lubet. Nequaquã enim hæc nos obtinebit præſumptio, ut ſententiam noſtrã pro regulis & aſſertõibus certis ſtatuamus, ſed quicquid in ipſis cõpertũ fuerit diuinę ueritati cõcinnæ quadrans approbet. Diſcrepãs uero a quoq; pio lectore a luce diuina clarius illuſtrato libera charitate iuguletur, Neq; enim cũ inuidia tabeſcente cõtuberniũ placet contrahere ullũ, modo ueritas magna & fortior præ omnibus amplexetur. Quam omnis terra inuocat, cœlũ etiam ipſam benedicit, Apud quã non eſt accipere perſonas nec differentias. Et non eſt in iudicio eius iniquũ, ſed fortitudo & regnũ, & poteſtas, & maieſtas omniũ æuorum benedictus deus ueritatis.

3.Eſd,4

INDAGO PRIMA

Supnaturalis beatitudo, nobis in diuinis ſcripturis promiſſa, quã prȩſtolamur poſſidendam in patria, oẽm creatæ naturæ tran-

ſcendit facultatem. Notat hanc Eſa. dicens. Eſa.64
Oculus nõ uidit, deus abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te. hoc tranſſumit a S. 1.Cor.3
Paulo ad Corin. Quod oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illũ. Nec mirũ, cõſiſtit enĩ in clara & intuitiua diuinæ eſſentiæ contemplatione, quæ facialis nũcupat̃, de qua S. Paul. Nunc cognoſco ex 1.Cor.13
parte, tunc aũt cognoſcam ſicut & cognitus ſum, & S. Ioan. Scimus quoniã cum aparue 1.Ioan.3
rit, ſimiles ei erimus, quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt. Et ipſe ſaluator benedictus, Ioan. 14. Qui diligit me, diliget̃ a patre meo, & ego Ioan.14
diligam eũ, & manifeſtabo ei meipſum.

INDAGO SECVNDA

Cũ media ad finẽ aliquẽ capeſſendũ ipſi fini debeant eſſe proportionata, cõſequenter ꝗ ponderari & librari ſecundũ finis exigentiam. In propoſito autem finis tranſcendat naturæ creatæ facultatem. Conſectarium eſt quod & media ad ipſum aſſequendum regulariter a deo inſtituta naturæ creatæ facultatem ſuperent. Vnde ſicut beatitudo a ſolo deo miſerante expectatur & expetitur, Sic a ſolo deo omnia media ab æterna ſapientia, ad ipſam nanciſſendam præfixa, ſunt

præſtolanda & expetenda. Vnde ait S. Pro
Oſee. 13 pheta Oſee, Perditio tua ex te, Iſrael tantum
1. Para. 2 modo in me auxiliũ tuum. Et Paralippo. di
citur. Cum ignoremus quid agere debea-
mus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos
Hiere. 10 noſtros ad te dirigamus. Et Hiere. Scio do-
mine (ſicut & ſupra allegatus eſt) quia nõ eſt
hominis uia eius. Via hominis uiatoris ad
patriam tendit, quæ cũ oĩbus uiaticis nõ eſt
eius, quia uires eius tranſcendit, uires inquã
& intellectiuam, & affectiuam, & operatiuã.

INDAGO TERTIA

Media ad ſupernam beatitudinem proue
hentia, bifaria partitione cõplecti poſſunt,
ut ſentiamus eſſe gratuita dona & merita.
Gratuita dona, ut a deo prodeuntia. Merita
ut ex nobis pullulantia. Gratuita aũt dona
liberiori acceptione cõplectuntur omnes di
uinæ miſericordiæ in nos exuberantis ema
nationes ad beatitudinem nos præparan-
tes & prouehentes, ſepoſita generali influen
tia, qua cuncta & conſeruat & gubernat di-
uina prouidentia, de qua ſaluator benedi-
Ioan. 5 ctus ait. Pater meus uſq; modo operatur, &
ego operor. Quanquã & hoc dictũ ſuperio
ri emanationi gratuitæ non incongrue coa-
ptari poſſit, Indefeſſe enim ſolem gratuitæ
Mat. 5 bonitatis ſuæ oriri facit ſuper bonos & ma-

los, & dona gratuita pluit ſuper iuſtos & in
iuſtos. His excoluit uineam ſuā ab exordio Mat. 21
naſcentis eccleſiæ, Plaſmatū deniq; hominē Gen. 2
poſuit in paradiſum uoluptatis, ut operarẽt
& cuſtodiret illum, referendo ad deū ſecun-
dum unū intellectum. Cōprehendunt itaq; 1. Cor. 13
gratuita dona uirtutes infuſas, una cū gra- Eſa. 11
tia radicali gratum faciente, donaq; ſpiritus Mat. 5
ſancti, beatitudines, fructus duodecim ſpiri Gala. 5
tus, munera quoq; & bonis & malis diuina
liberalitate cōmunia, quæ S. Paulus enume
rat, uidelicet, Sermonem ſapientiæ, ſermo- 1. Cor. 12
nem ſcientiæ, fidem, gratiam ſanitatū, ope-
rationem uirtutū, prophetiam, diſcretionē
ſpirituū, genera linguarum, interpretatio-
nes ſermonū. Omnes præterea illuſtratiōes
mentales, excitationes affectuales, &, ut ſuc
cincto ſermone totam chariſmatū cōplecta
mur cohortem, quicquid naturalibus (præ
ter generalem diuinam influentiam, qua co
operatur omnibus creaturis munificentiſſi
me dei manus) ſuperaddit, quo hominem a
miſeria ad beatitudinem capeſſendam illu-
minat, citat, ſtimulat, prouehit, & ad perfe-
ctum uſq; perducit, totū inquam in gratiarū
numerum recenſendū eſt. Hæc omnia & ſin
gula a ſolo deo munificentiſſimo, nullis me
ritis noſtris præambulis, ſed mera eius in

nos charitate donari nobis aſſertione ueriſſima,pijſſima,iuſtiſſimaq; eſt confitendum,
Rom.11 Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei.
Horũ quippiam uel minimũ libero arbitrio aut actibus ſiue meritis concedere, tanquã impiũ,& a catholica doctrina deuiũ eſt execrandum, Neq; enim ſine ſpiritusſancti iniuria, imo & blaſphemia ſolius ſuæ largifluæ pietatis opera, ſiue principi dæmoniorum, ſiue principi actuũ humanorum, libero ſcilicet arbitrio,aut ſuis meritis ad hæc inualidis,addicuntur.Hoc utriuſq; inſtrumenti teſtatur pagina, cuius armis ſancti & catholici tractatores accincti,fortiſſimos ſe cõtra Pelagianam impietatẽ præſentant athle
Deut. 7 tas & propugnatores. Hi ſunt terræ promiſſionis limites,intra quos omnes gentes,idola,uirtutem uidelicet liberi arbitrij,aut cuiuſcunq; creaturæ,colentes,ſunt cũ dijs ſuis ex
Pro. 22 terminandæ,penituſq; eliminandæ. Hi ſunt termini quos elucidatiue poſuerunt patres noſtri,doctores ſancti, & nonnullorũ conciliorũ diffinitores, quos nõ licet tranſgredi.
Deut. 27 Alioquin maledictus erit qui transfert terminos proximi ſui. Proximus hic,pijſſimus noſter Samaritanus eſt, cuius poſſeſſio eſt gratiarum plenitudo, quia uidimus eũ ple-
Ioan. 1 num gratiæ & ueritatis. De qua nos omnes

gratiam accepimus, gratis utiq;, & abſq; ulla bonorũ actuum cõmutatione. Eſa.55

INDAGO QVARTA

Infra terminos præmiſſos omnia noſtra merita ſunt coarctanda. Siue dicantur merita condigni, ſiue digni, ſiue etiã congrui, cõgruitate ſe ex parte operis liberi arbitrij tenente, niſi enim diuina manu tractus, nõ leuabit ſe homo lapſus ſuper ſe, Et nec ſpirabit quidem in libertatem filiorum dei, nimirum, nam ſtulto labore conſumeretur, ſupra uires quippe ſuas eſt uel paſſum pedis in uiam ſupernæ beatitudinis figere, Quod contingeret, ſi proprijs relictus uiribus, generali dei influentia conceſſa, mereri poſſet gratiam gratis datam, uel minimam. Sed neq; gratia nuncuparetur, ſi ex meritis daretur. Vnde nec merito cõdigni poteſt quis mereri primam gratiam, nec merito congrui ſufficiẽter ſe ad eam diſponere. Si enim ſufficiens principium ad eam ſe diſponendum, ex parte operis eſſet in natura creata, Sic quod in ultimo inſtanti illius diſpoſitionis deus ex debito, uel etiam de congruo, propter operis bonitatem eam conferret, Iã ſub facultate uirtutis creatæ aliq modo caderet. Et ſic poſſet homo ulterius per gratiam, quam ſufficienti diſpoſitione prome- Rom.11

ruit,aſcendere ad gloriam. Et ex conſequenti, per naturæ facultatem aſſequi gloriam. Itaq; uires naturales, & liberũ arbitriũ ad nihil ſe extendunt, quod ſit uita ęterna dignũ, uel de congruo ex bonitate operis ad eã meritorie diſponens. Siquidem beatitudo no-
Phil.4 bis promiſſa, quæ eſt pax naturę intellectualis conſummata, ſicut in ratione apprehenſionis exuperat omnem intellectũ creatũ in naturalibus conſiſtentem, ſic in ratione dilectionis, appetitionis, & aſſecutionis ſupergreditur omnem affectũ. Et uniuerſaliter omnem actũ ex naturalibus puris progredientem. Et hoc idem de gratia, quæ ad eã prouchit & ſuſtollit eſt ſentiendum.

Conſectariũ primum.

Igitur decalogi præcepta per ſaluatorem
Mat.22 noſtrũ ad binarium numerũ reducta. Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & oĩbus uiribus tuis, Et proximũ tuum ſicut te ipſum, & pro medio ad aſſequendam beati
Mat.19 tudinem præfixa. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata dei, impleri non poſſunt ſine gratia gratũ faciente. Alioquin quis ingredi poſſet ad uitã abſq; hac gratia? Tunc autem implentur, cũ ſecundum præcipientis intentionem perficiunt & obſeruantur. Nõ

autem cũ ſolum opus legis perficitur. Necꝙ enim deus reſpexiſſet ad munera Abel, niſi prius ſuper ipſum flãmaſſet. Quid deo de cortice ſubtracto nucleo? Populus (inquit) hic labiis me honorat, cor aũt eorum longe eſt a me, uenit aũt hora, quando ueri adoratores adorant & colunt deum in ſpiritu & ueritate, non in carne ſola & forinſeco cultu, nam pater tales quęrit. Adſtipulaſ humana traditio inquiens, Certum eſt, quod is committit in legem, qui uerba legis complectẽs, contra legis nititur uoluntatem, quæ anima ipſius cenſetur & ſpiritus uiuificans. Gene.4 Eſa.29 Mat.15 Ioan.4 De reg. iu.certũ lib.6

Conſectariũ ſecundum.

Igitur uictoria de inimicis humani generis & triumphalis pompa, necnon ſpoliorũ obtentus (de quibus S. Paul. Bonũ certamẽ certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui) celebrari nequeunt ſine ſpeciali dei operatione gratuita, Ipſe enim ſemper triũphat nos in Chriſto Ieſu. Quod uel ſero confeſſi ſunt Aegyptii dicentes, Fugiamus Iſraelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Ad hæc nempe exigitur, ut nedũ propellaſ hoſtis, uerũ quoꝙ contrarium obtineatur. Cũ autem aduerſarii conatus extremus ſit præcipitare in culpam, & agone conſummato, nos deiicere in gehennam, niſi aſſequamur 2.Tim.4 2.Cor.2 Exo.14

ex tentatione cumulatiorē gratiam, & in cō ſummatione gloriā, uictores nequaquā erimus. Quę quia ex noſtris uiribus nō ualemus, ſalubriter de nobis ipſis deſperemus, Ad ſinū miſericordiæ diuinæ recurramus,
1. Cor. 15. & cū S. Paulo recognito diuino beneficio grati decantemus, Deo aūt gratias qui dedit nobis uictoriam per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum &c.

Conſectarium tertiū.

Pſal. 13 Igiť nullus actus quantūcūq; moraliter bonus ex ſolo libero arbitrio (ſuppoſito dei generali reſpectu q̄ proſpicit de cœlo ſuper filios hominū, ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens deū) ſe legata gratia, progrediens eſt ipſius gratiæ meritorius, etiā de cōgruo quantū eſt ex parte actus. Nā ſicut habitus gratuitus ſuper excedit omne meritū liberi arbitrij, Sic ſuperat oēm diſpoſitionem ſufficientem ad eius infuſionem, Sicut enim exaltanť cœli a terra, ſic exaltatę ſunt uię meæ
Eſa. 55 (quæ ſunt uiæ gratiarū) a uijs ueſtris, quæ ſunt uiæ liberi arbitrij, ait dn̄s. Et hoc eſt ſūmarium totius materiæ ſupradictę.

Mat. 22 Reddidimus candide lector, iuſſu Saluatoris quæ ſunt dei deo, Reddamus nunc Cęſari noſtro, libero uidelicet arbitrio, quæ cęſaris ſunt. Exactor rigidus eſt, ab oībus uiribus tributa expetens, Sed diſcutiendū eſt

qua cenſura dominet̃,quibus præualeat ui-
ribus,quantis nitatur ſuam rempu. ab ho-
ſtiũ inſultibus defenſare conatibus, ipſoſq;
ſuos propulſare ab aduerſarijs, ut hinc con
ijci queat ſi iuſte imperet, An uero tyrannũ
agat. Et hoc proſequendo exquiramus, Pri
mum quidem de eius poſſe, ut nulli tergiuer
ſatiõi locus pateat, Dein de facto. pro q̃rũ ex
ecutiõe infra ſcriptas ſubdamus Indagines.

INDAGO QVINTA.

Liberum arbitriũ in ſtatu naturæ deſtitu
tæ oĩ gratia ſpeciali deſtitutũ, ſola dei gene-
rali influentia aſſiſtente, poteſt actũ bonũ ex
officio ſiue ex genere (qui ſcilicet fert̃ ſuper
debitam materiã) elicere, ut eſt eſurientẽ ale-
re, parentes honorare &c. & ſi deſint aliæ cir
cũſtantiæ, Et per conſequens poteſt manda
ta diuina (quãuis non plura ſaltem) quo ad
genus operis implere.

INDAGO SEXTA

Liberũ arbitriũ ſola uniuerſali dei prouidẽ
tia adiutũ poteſt alicui tentationi ne cõſenti
at reſiſtere, quãuis non ualeat aduerſariũ ſi-
ne ſpeciali gratia ſuperare, plus nempe im-
portat ſuperare quã reſiſtere, ut patet ex cõ
ſectario ſecundo ſupra ſignato.

INDAGO SEPTIMA

Liberum arbitrium ſola generali dei be-
neficia aſſiſtentia ſubnixum poteſt actum

ex tentatione cumulatiorē gratiam, & in cō ſummatione gloriā, uictores nequaquā erimus. Quę quia ex noſtris uiribus nō ualemus, ſalubriter de nobis ipſis deſperemus, Ad ſinū miſericordiæ diuinæ recurramus,
1. Cor. 15. & cū S. Paulo recognito diuino beneficio grati decantemus, Deo aūt gratias qui dedit nobis uictoriam per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum &c.

Conſectarium tertiū.

Pſal. 13 Igit nullus actus quantūcūq; moraliter bonus ex ſolo libero arbitrio (ſuppoſito dei generali reſpectu q̃ proſpicit de cœlo ſuper filios hominū, ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens deū) ſe legata gratia, progrediens eſt ipſius gratiæ meritorius, etiā de cōgruo quantū eſt ex parte actus. Nā ſicut habitus gratuitus ſuper excedit omne meritū liberi arbitrij, Sic ſuperat oēm diſpoſitionem ſufficientem ad eius infuſionem, Sicut enim ex
Eſa. 55 altant cœli a terra, ſic exaltatę ſunt uię meæ (quæ ſunt uiæ gratiarū) a uijs ueſtris, quæ ſunt uiæ liberi arbitrij, ait dn̄s. Et hoc eſt ſūmarium totius materiæ ſupradictę.

Mat. 22 Reddidimus candide lector, iuſſu Saluatoris quæ ſunt dei deo, Reddamus nunc Cęſari noſtro, libero uidelicet arbitrio, quæ cęſaris ſunt. Exactor rigidus eſt, ab oībus uiribus tributa expetens, Sed diſcutiendū eſt

qua cenſura dominet, quibus præualeat uiribus, quantis nitatur ſuam rempu. ab hoſtiū inſultibus defenſare conatibus, ipſosq; ſuos propulſare ab aduerſariјs, ut hinc coniјci queat ſi iuſte imperet, An uero tyrannū agat. Et hoc proſequendo exquiramus, Primum quidem de eius poſſe, ut nulli tergiuerſatiōi locus pateat, Dein de facto. pro q̄rū executiōe infra ſcriptas ſubdamus Indagines.

INDAGO QVINTA.

Liberum arbitriū in ſtatu naturæ deſtitutæ oī gratia ſpeciali deſtitutū, ſola dei generali influentia aſſiſtente, poteſt actū bonū ex officio ſiue ex genere (qui ſcilicet ferī ſuper debitam materiā) elicere, ut eſt eſurientē alere, parentes honorare &c. & ſi deſint aliæ circūſtantiæ, Et per conſequens poteſt mandata diuina (quā uis non plura ſaltem) quo ad genus operis implere.

INDAGO SEXTA

Liberū arbitriū ſola uniuerſali dei prouidētia adiutū poteſt alicui tentationi ne cōſenciat reſiſtere, quāuis non ualeat aduerſariū ſine ſpeciali gratia ſuperare, plus nempe importat ſuperare quā reſiſtere, ut patet ex cōſectario ſecundo ſupra ſignato.

INDAGO SEPTIMA

Liberum arbitrium ſola generali dei beneficia aſſiſtentia ſubnixum poteſt actum

moraliter bonū, omnibus circūſtantijs infra limites moralis uirtutis adornatū, producere, ſicuti & intellectus poteſt talem per lumen naturale dictare, poteſt quippe habere finem aliquem proximū moraliter honeſtum, utpote, pro repub. pro neceſſitate parentū &c. & ſi deſit ordinatio in finem ultimū, deum ſcilicet glorificandū, & beatifice obtinendū, Nā hic naturæ limites ſuperat, ſicut & eius cognitio. ob quod fidei aſciſſitur, Vnde beatus Paulus ad Heb. Credere
Heb.11 oportet accedentem ad deum. Talis aūt actus ſimpliciter non eſt uirtuoſus, Nulla enim uirtus uera eſt quæ ad ueram beatitudinem non producit. Imaginem quidem præ ſe fert uirtutis, rem autem minime. Nec eſt meritorius gratiæ, etiam de congruo, quantum eſt ex parte operis, hoc equidem modo nullus actus eſt gratiæ meritorius, niſi ſit in ultimū finem, deū, relatus, quod ſine gratuito ſpiritusſancti motu agit minime. Huiuſmodi fuerunt uirtutes quæ affirmantur de infidelibus, utpote philoſophis Romanis &c. per lumen naturale & ſedulū exercitium acquiſitæ, Efficatia enim ueræ uirtutis fuerunt & ſunt deſtitutæ, tum quia nec propter deum habitæ, nec in deū relatæ, tū quia carent uirtutū uita, charitate ſcilicet, ob q̄d

 31

mortuo corpori æquiparantur. Tum tertio
quia uitioſum habent innexũ defectum, ſi-
quidem ubi deus nec amatur nec quęritur,
& nec cognoſcitur quidem, conſequens eſt
ut alius finis actũ ſtatuatur, creatum aliquid
uanitas, temporale commodũ, uoluptas, ua
na gloria, æterna inter mortales memoria,
poſterorũ cultura &c. Propter hos uel ho-
rum quempiam nõnulli leguntur ardua uir
tutũ facinora aggreſſi. Etiam ipſam oppetiſ
ſe mortem, ſed culpabiliter, ut & in hoc apo
ſtolicũ uerificetur dictum. Omne quod nõ Rom. 14
eſt ex fide, peccatum eſt, quod ſi obtendas,
barbarũ per lumen naturæ poſſe cognoſce-
re primam cauſſam & unũ omnium princi-
pium, poſſe & illud inuocare, ut a quo reco-
gnoſcit emanaſſe ſuum eſſe, ab eo donet ſibi
& bene eſſe. Et hoc modo, quod in ſe eſt fa-
cere, poſſe deniq; actus ſuos in illud primũ
principiũ & ultimum omniũ finem ordina
re. Non reluctamur, conſideratis tamen in
his, quæ indagine nona ſubſcribentur.

INDAGO OCTAVA.

Liberum arbitriũ poteſt uirtute natura-
li, cooperante generali dei liberalitate, aliq̃d
opus facere, per quod mereri poteſt de con
gruo apud deum aliquã retributionem, Nõ
ob bonitatẽ operis, ſed propter diuinæ bo-

nitatis immenſitatē, quæ nihil quod uel ſpeciem habet bonitatis relinquit irremuneratum, Etiam ſi ſit ſolum bonū ex genere. Et, quia erubeſcimus loqui ſine lege & ſine ſacræ ſcripturæ auctoritate, ne uiſiones noſtri capitis uideamur referre, adducamus ex ſcri
Ezech.29 ptura manuductionem, ad Ezechielem dicit dominus, Filij hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrū, & merces non eſt reddita ei neq; exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute quā ſeruiuit mihi aduerſus eam, propterea hæc dicit dominus deus Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regē Babylonis in terra ægypti, & accipiet multitudinē eius, & diripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui eius & operi quo ſeruiuit aduerſus eam dedi ei terram ægypti, pro eo quod laborauerit mihi, ait dominus deus. Ecce mi lector, quā bonus deus renumerauit eū qui Tyrannidem exercebat, pro eo quod fuit flagellū dei, Et poſt hoc miniſter ſuæ iuſtitiæ, executorq; diuinæ ſententiæ neſcius. Cui ſecundū ſua demerita potius debebat̄ iehenna. Hinc liquido colligit̄ quod dei bonitas exuberantiſſ. nullū bonum quod uel ſpeciem boni præ ſe fert irrenumeratū præterit, Munere quidem temporali, quē ſpiri-

tuali ſecundū æternam ſuā ſapientiam indi-
gnū iudicat. Aut ſpirituali (ſi de electis eſt)
uiſitans eū aliquo dono gratię, ut ad ſalutē
accedat. Qua ex re colligit̃, q̃d & pctõres &
infideles inſtantius ad opera ex genere bo-
na ſūt cohortãdi. Sicut Daniel ſctũs, Nabu- Dani.4
chodonoſor regi adhuc infideli ſuaſit. Con
ſiliū meum placeat tibi, & peccata tua elee-
moſynis redime, & iniquitates tuas miſeri-
cordijs pauperū. Et probabile eſt q̃d ei ac-
quieuit, quē tanti appreciabat̃, unde & cõſe-
quenter in ueri dei cognitione a deo fuit illu
minatus, & ad eius cultū conuerſus. Poteſt
aũt tale opus dici meritū de congruo ad ali
quam gratiã recipiendam, ſaltem gratis da-
tam, qua ulterius proueheat̃ ad ſalutem, Sic
quod ibi congruitas non accipiat̃ ex operi-
bus bonitate, ſed ex diuinæ bonitatis immē
ſitate, Nam & congruū iudicatur, ut qui fa-
cit quod poteſt, in genere boni adiuuet̃ ut
plus poſſit. Et hoc uocat̃ a theologis, facere
ꝙ in ſe eſt Et quanquã tale opus ſimpliciter
ſit malum, quia caret circumſtantia ultimi fi
nis, & ſi habeat aliquem finem particula-
rem bonum in genere morum, caret & me-
rendi principio, gratia uidelicet. Dicitur ta-
men, ſecundum quid, bonum, reſpectu ſui
contrarij, Vt honorare parẽtes, ex naturali

affectu uel propter temporale cõmodũ, bonũ iudicatur, reſpectu inhonorationis eorũ.

Hæ quatuor indagines de libero arbitrio, pro ſua firmitate, eiſdẽ pugnant armis, quibus ſecunda pars fulcitur, quæ ſupra ſunt uibrata. Sumit etiam ad hæc generalis manuductio, quod omnes actus, præfati liberi arbitrij facultatem nõ excedunt, quod eſt idẽ

Luc.10 in natura inſtituta & deſtituta, Vnde in Metaphora ſaluatoris, non dicitur, quod ille, qui incidit in latrones ſit membro aliquo mutilatus, ſed uulneratus. Natura quippe humana poſt lapſum remanſit integra, ſed tamen debilitata. Nec illa, libero arbitrio attributa, diuinæ præiudicant gratiæ. Nã gratiæ neceſſitas (omniũ conſenſu) præter uitæ æternæ adeptionem ponit. Vnde illi actus ſibi principaliter attribuuntur, qui meritorij ſunt uitæ æternæ, naturæ facultatis tranſcendentis, Aut ad eam merito ſaltem congrui diſponunt, congruitate ſe ex parte operis tenente. Nulla itaq; fit diuinæ gratiæ iniuria, ſi aliqua naturalia bona uel moralia infra limites naturæ, uita æterna indigna, ueluti paleæ & quiſquiliæ, libero concedant arbitrio, ſaltem quoad poſſe, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Et ſicut nullũ diui-

Pſal.140 næ gratiæ ex hoc præiudiciũ generatur, ſic

nec ullis ſacræ ſcripturæ aſſertionibus contrariatur, Ipſa nempe quia eſt noticia ſalutaris, ob defectũ luminis naturalis diuinitus reuelata, principaliter intendit & ponderat ea quæ ſalutis ſunt, & ea tradit quæ lumine naturali cognoſci, uel uiribus naturalibus apprehendi nequeunt. Vnde opera mortua non aliter librat quam nihil, nam quod ad ſalutem non ſuffragatur, pro nihilo ducitur. Hoc modo ait Saluator noſter, Cum uenerit ille ſpiritus ueritatis docebit uos omnẽ ueritatem, ſcilicet Salutarem. Neq; enim docuit eos, Mathematicam, Methaphiſicã &c. Et alibi de infidelibus ait, Dimitte mortuos ſepelire, mortuos ſuos. Et hæc quidem de poſſe liberi arbitrij. Verũ quod operetur de facto ſcrutemur indagine ſequenti. Ioan. 16 Mat. 8

INDAGO NONA

Liberum arbitrium pro ſtatu naturę lapſę, ſibi ipſi dimiſſum, & omni gratia ſpeciali gratum faciente & gratis data deſtitutum, ſola generali dei influentia adiutum, non facit niſi malum, ut malum opponitur non modo meritorio, uerũ etiam bonitati morali, huius cauſſa nõ eſt difficultas boni operis in ſe, quantumcũq; ſit arduum, ut acerbitas paſſionis, etiã ſi ſit mors, nihil enim egerunt ardui, uel paſſi ſunt uiri ſanctiſſimi, quo

rum ſimilia nō egerint uel paſſi ſint perditio
nis filij, ut patet in hæreticis, perfidis, iudęis
& mundi amatoribus. Alij pro ſua infideli-
tate, alij pro aſſequenda uoluptate, tempora
Sap. 5 li gloria, diuitijs &c. & gaudentes. Vnde di
cunt in inferno illud Sapientiæ, Laſſati ſu-
mus in uia iniquitatis & perditionis, ambu
lauimus uias difficiles, Nec uirium deficien
tia ad agendum uel patiendum aſpera patet
ex eiſdem exemplis, Nihil nāq; tam arduū
& aſperum ad operandum uel tollerandum
inuenitur, ſi uoluntas tantum appeteret &
appreciaretur quantū horret & deteſtatur,
quin ſibi eſſet nedum tollerabile ſed & gau-
dioſum & amabile. Cauſa ergo defectiua eſt
in uoluntate. Poſitiua uero eſt concupiſcē-
tia in carne, & inordinatus amor in mente.
Quæ tamē ſimpliciter liberū arbitrium non
neceſſitant, nec abſolute cogunt, ſed alliciūt
illiciūtq; ita uehementer & importune, φ
niſi habuerit alicuius gratiæ retinaculum re
frenans, & cohercens, ſequitur concupiſcen
tias ſuas impetu quodam ſine reluctamine.
Verū equidem eſt, Trahit ſua quēq; uolu-
Iaco. 1 ptas. Hoc & ſanctus Iacobus notat. Vnuſ-
quiſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtra-
ctus & illectus. Deinde concupiſcentia cum
conceperit, parit peccatum, peccatum uero

cum cōſummatum eſt,generat mortē. Qualis conceptus talis genitura, hæc concupiſcentia in carne nuncupat̃ Lex membrorū ab Apoſtolo,Video(inquit)aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meę & captiuantem me in lege peccati, A qua lege liberat nos ſola gratia per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum. Nec his obuiant quæ ſupra de poſſe liberi arbitrij ſunt propoſita. Si quidem poſſe illud remotū eſt in natura deſtituta. Quod non reducitur ad actum ſine gratia aliqua, facit tamen pœna & punitione dignum. Poteſt ex hoc probabiliter dici, ꝙ ſi qua infideles opera bona moraliter fecerunt,non ſine gratia gratiſdata operati ſunt,quæ nec infidelibus quidem deeſt. Facit enim pater cœleſtis ſolem ſuum oriri ſuper bonos atq; malos, quo intus illuminati differentiam cognoſcant boni & mali. In quo lumine conſcientia contra malum remurmurat,& ad bonū ſtimulat. Et pluit dona gratis data ſuper iuſtos & iniuſtos,ut nulli tergiuerſationi pateat locus.

Rom. 7

Mat. 5

INDAGO DECIMA.

His prærogatis, diſcrepantes ſuperficie tenus diuinæ ſcripturæ auctoritates concilíantur facillime. Arbitror quoq; Candide

Lector nos non magnis inpendijs procura re poſſe modernorũ doctorum (intra uidelicet quadringentos annos exortorũ)quos ſcolaſticorum titulo prænotant,ad diuinas ſcripturas conſonantiam.Nam & ſi paucula minuti,aut uerius nullius ſecundũ ſe, precij,libero cõcedunt arbitrio,utpote, Quod poſſit facere opus bonum ex genere,uel etiã ex circũſtantia infra limites moralis uirtutis. Ex conſequenti etiam poſſit facere opus aliquod præcepti cuiuſpiã. Conſectarie q̃ꝗ alicui tentationi reſiſtere. Et ex immenſa dei pietate de congruo ſe ad aliquem motũ gratu tũ diſponere. Et ſic ꝙ in [illegible] eſt facere. & ſimilia ſecundum intellectum ſupradictũ ſeu traditum. Nihil tamen ei indulgent, ꝙ gratiæ eſt, ꝙ ſpiritusſancti eſt, ꝙ ſupra uires eius eſt. Vnde nec diuinæ gratiæ præiudicant, nec ſpirituiſancto iniuriam irrogant, nec in diuina impie agunt ſcripta. Nec ipſorũ antiquos interpretes, & propugnatores quos Eccleſiaſtico inſigniunt titulo offendunt Vt aũt hæc clareſcant dilucide, nonnullos modernorũ citemus anteſignanos, ut ipſi proprijs teſtentur chirographis, quid de gratia
1. 2. q. 109. quidue de libero ſentiant arbitrio. Accedit citatus ſanctus Thomas Aquinas, & teſtimoniũ ex ſumma ſua in medium producit.

dicens. Homo in natura lapſa indiget adiu- Arti.2
torio ad duo, ſcilicet, ut ſanet, & ut bonum
meritorie operetur. Homo in ſtatu naturæ arti.4
lapſæ nō poteſt implere omnia diuina man
data ſine gratia ſanante, & quo ad intentio-
nem mandantis, nec in ſtatu naturæ inſtitu
tæ potuit abſq; gratia perficere mandata.
Homo non poteſt ſe pręparare ad lumē gra arti.6
tiæ ſuſcipiendū, niſi per auxilium gratuitum
dei interius mouentis. Homo nullo modo arti.7
poteſt reſurgere a peccato per ſeipſum ſine
gratiæ auxilio. Procedit & S. Bouauentura in 2.di.28
infraſcriptos affirmans articulos. Ad hoc arti.1.q.1
ut homo reſurgat a peccato multū per oēm
modū neceſſaria eſt ſibi gratia. Quamuis li- q.2
berū arbitriū per gratiam gratiſdatam poſ-
ſit reſiſtere ut diabolo nō conſentiat ſugge-
renti, tamen abſq; dono q̄ reddat hominē
acceptū deo, ipſum uincere non poteſt. Per
gratias gratiſdatas poſſunt impleri manda q.3
ta quo ad genus operis, quāuis non ſecun-
dum intentionē mandantis, quia finis præ-
cepti eſt charitas. Sine gratia gratiſdata na- 1.Tim.1
turalibus ſuperaddita adiuuāte aliquo mo- arti.2.q.1
do uel præparante liberū arbitriū ad habitū
uel uſum gratiæ, liberū arbitriū nunquam ſe
diſponit, nec ſe diſponere poteſt ad gratiam
gratumfacientē, quia gratia gratumfaciens

eſt quid diuinũ & ſuper liberũ arbitriũ, & etiam ſuper naturale iuditiũ, ideo liberũ arbitrium nunq̃ aſſurgit, nec ad cognoſcendũ gratiam, nec ad petendũ, niſi aliquo modo a ſurſum excitet̃, & hoc per additionẽ gratiæ gratis datæ, quæ eſt quaſi mediũ &c. & infra: Tenendum igit̃, q̄ ſi liberũ arbitriũ excitet̃ per aliquod donũ gratiæ gratiſdatæ poteſt ad gratiam gratũfacientem ſe de cõgruo diſponere. Si aũt omni tali munere contingat

Eadẽ q. ipſum deſtitui nunquã, poſſet ad illam diſponi. Liberũ arbitriũ ſine gratia nõ poteſt deteſtari culpam, ut eſt diuinæ maieſtatis offenſiua, Sed poteſt, in quantũ eſt naturæ læſiua, liberum arbitrium nec omni tentationi poteſt reſiſtere, nec neceſſe habet omni ſuccumbere. Liberum arbitrium non poteſt in

Queſt.3 bonũ ſimpliciter meritoriũ, nec in illud aliquo modo de congruo diſponit ad bonum extra charitatem cum recta intẽtione factũ. Poteſt aũt in bonũ, quod eſt inordinabile in finẽ ſine gratia. Liberũ arbitriũ, licet poſſet in aliquod bonũ morale, uix tamen, aut nũquam facit, niſi malũ, propter peccati originalis corruptionem. Hæc ille. Adſtipulatur

3.p. ſum. Alexander de Hales, inquiens, Liberi arbi-

q.69.mẽ triĳ conatus ad bonũ otioſi ſunt, ſi a gratia

1.ar.2 non adiuuantur, nulli, ſi a gratia nõ excitan-

tur. Et ideo liberum arbitriũ non proficit in bonũ, declinando malũ & faciendo bonũ, niſi uirtute gratiæ. Et ita ſine gratia non poteſt operari bonũ & relinquere malum. Idẽ, nullus poteſt ſufficiẽter ſe diſponere ad gratiam, niſi ipſum deus diſponat. Alludit Magiſter ſententiarum dicens, Voluntas homi- *In.2. diſt. 25.* nis quam naturaliter habet, non ualet erigi ad bonũ efficaciter uolendum, uel opere implendum, niſi per gratiam liberetur & adiuuet. Liberetur quidem, ut uelit, & adiuuetur ut perficiat, Nõ diſcrepat a Supradictis Scotus, loquens de attritione & contritione, a *In 4, diſt. 14. q. 2* lectore amico interpretatus ſecundũ ea quæ indagine 7. &. 8. ſunt poſita. Vt ſit in attritione diſpoſitio de congruo ad gratiam, nõ ex ipſius actus bonitate uel merito, ſed ex diuinæ bonitatis immenſitate, Cũ & illud poſſe, remotũ ſit ab actu, ualens tamen ad excuſandas excuſationes in peccatis, Nam cuiq; (ni fallor) conſcientia ſua dictat multa ſe poſſe facere bona ex genere, quę (quia abeſt gratia) non facit. Multa denique mala poſſe omittere quæ perpetrat, neque enim arguit quenquam ſua conſcientia de impoſſibilibus ab eo fieri uel omitti, ſaltem quo ad genus operis. Secundũ quem intellectum deus nihil præcipit homini, facultatem naturę

ſuæ tranſcendens, ut ſic dicat præcepiſſe im poſſibilia. Verũ, quia mandati impletio ſecundum genus operis tantũ (etiam ſi concedatur fieri ſine ſpeciali gratia) apud deũ nulla eſt niſi fiat ſecundum ſuam intentionem. Quia coli quærit & uult in ſpiritu & ueritate. Ideo uera mandati diuini impletio eſt im poſſibilis homini ſine gratia gratum faciente. Verũtamen cũ deus liberaliſſimus, paratiſſimus ſit ſemper illam homini cõferre. Iuxta illud Apoca. Ego ſto ad oſtiũ & pulſo. ubi notat Chriſti gratia homini eſſe præſentiſſimã, ſicut clara die lux ſolaris, oculis. Et illud dicimur poſſe, quod per amicos poſſumus. Vere dicimur omnia mandata diuina ſecundũ omnem modum implendi uiatori poſſibilem implere poſſe. Amici noſtri chariſſimi Ieſu Chriſti, ad adiuuandũ præſentiſſimi, ad dandũ liberaliſſimi, ad manus adiutrices porrigendũ promptiſſimi, ſuffulti patrocinio. Vnde & ſi ſane ſecundũ unum dicatur intellectum, Dum impoſſibilia præcepiſſe, ſanius tamen affirmamus, ipſum nihil im poſſibile præcepiſſe nobis. Non diſpari cenſura complures alĳ Moderni doctores pro atteſtationibus poſſent citari. Sed centuriones & tribunos, & horũ paucos citaſſe ſuffi ciat. Neq; enĩ inſtituti noſtri erit, lector mi,

Apo.3

omniũ ſarcire ſemicinctias, non hanc ſuſcepimus prouinciam, Cunctorũ campiductores ſi paci reſtituere, a deo optimo maximo donaretur, gratiſſimo complexaremur affectu. Sed quid agimus de illo odioſiſſimo diſſidio inter dominici gregis arietes nouiter exorto, ut alij quidem Eccleſiaſtici, alij uero Scholaſtici nuncupentur Theologi? Aemulatione utiq; non bona. Nũquid ueritas catholica una eſt, ſicut unus eſt Chriſtus. Quo ergo ſpiritu Eccleſiaſtici a Scholaſticis diſcriminant doctoribus? Non eſt deus diſſenſionis ſed pacis. Sed inimicus homo, dormientibus eccleſiæ paſtoribus, hæc ſuperſeminauit zyzania. Qui & olim nõ diſpari ſtudio inter Corinthios diſcordias ſuſcitauit, ut dicerent, Ego ſum quidẽ Pauli, ego ſum Apollo, ego uero Cephæ. Et æuo noſtro dicit, Ego ſum Thomæ, ego Scoti, ego Auguſtini, & ego Hieronymi. Equidẽ huc uſq; in ſpeculabilibus, & Scholis diſſidentes ſectæ, non tamen monſtruoſam & deformem procrearunt prolem, qualem modo in operabilibus & nonnullis ad ſalutem neceſſarijs cõſpicari, licet ex ſcandaloſa hac diſcrepantia. Nunquid diuiſa eſt catholica ueritas? num hominum doctrinas, & non magis fidẽ ueram in Canonica ſcriptura radiantẽ ſumus

Mat. 13.
1. Cor. 14.
1. Cor. 1.

in baptiſmo ꝓfeſſi: in quo & uocati ſumus in una ſpe uocationis noſtræ, ut ſoliciti ſimus ſeruare unitatē ſpiritus in uinculo pacis, unū corpus, & unus ſpiritus, unus dominus, una fides, unū baptiſma, unus deus & pater omniū, qui ſuper omnes & per omnia & in omnibus nobis. En Lector mi, quanto

Gal. 5 affectu & ſtudio ſanctus Paulus ad unitatē reuocat diſſidentes, oſtendens Contentiones, æmulationes, rixas, diſſenſiones, ſectas, opera eſſe carnis, horūq; actores regnū dei

1. Cor. 13 non conſequi. Econtra uero ad charitatis

1. cor. 14 unitatem, quæ non æmulatur, inuitat dulciſ-

Gal. 4 ſime, Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia, ut ſic bonum æmulemur in bono ſemper. Reuera ſi quiſpiam autumat ſe uerum ſacræ ſcripturæ aucupaſſe intellectum, recogitare utiq; debet ſpiritum Chriſti (qui

Eſa. 66 hunc præſtat) non niſi ſuper humilem re-

Mat. 11 quieſcere, Sed & patrem cœleſtem myſteria

Pro. 3. ſua paruulis reuelare, Nempe cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Hunc ſpiritum qui uere poſſidet non intumeſcat, omnium aliorum ſenſa carpens, ne ſpiritum ſuum uehementius reddat ſuſpectum, ut ſic ſit zelus ſe-

Rom. 10 cundum ſcientiam. Vnde ſanctus Iacobus

Iac. 2 ait, Quis ſapiens & diſciplinatus inter uos, oſtendat ex bona cōuerſatione operationē

ſuam in manſuetudinē ſapientiæ. Quod ſi zelum amarū habetis, & contentiones ſunt in cordibus ueſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus ueritatem. Hoc modo S. Paulus Corinthios inſtituit. Quod in eccleſia ſi aliȷ̈ reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim, inquit, omnes per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant, & omnes exhortentur. Et ad Philippenſes ait. Et ſi quid aliter ſapitis, & hoc uobis deus reuelauit. Ad ipſos quoq; Corinth. de mulierum uelatione ſcribens, contentioſum humili declinat uerbo, inquiens; Si quis aūt uidetur contentioſus eſſe. Nos talem conſuetudinē non habemus, neq; eccleſia dei. Non tam grandis eſt Modernorum ab priſcis diſſonantia, quanta a pleriſq; ſuſpicatur. In fundamento potiſſimum, & ſi uerbis longe uideantur abeſſe. Huius cauſā ęſtimare licet, modum loquendi philoſophicum. Poſtquam enim Theologi toga ſunt amicti Philoſophica, philoſophorumq; baltheo præcincti, philoſophorum quoque ſermonę egerunt, unde a ueteribus ipſo loquendi modo diſcrepauerunt. Doctores nempe ſancti in ſcripturis ſuis modum obſeruauere Theologicum, quod & in præmiſſa materia de poſſe liberi arbitrȷ̈ cernere eſt conſpi-

Philip. 3

1. Cor. 11

cuũ. In qua doctores ſancti de poſſe loquun
tur politico, Moderni de poſſe logico & phi
ſico, Quæ alteritas non minimũ inter eos ſu
ſcitauit laberinthum. Nec tamen abnuimus
nonnullos modernorum nimium indulſiſſe
philoſophiæ, eius philocapti pulchritudi-
ne, legem in Metaphora conſtitutã præter-
Deut. 21 euntes. Sic enim Deut. legitur, Si egreſſus fu
eris ad pugnam contra inimicos tuos, & tra
diderit eos dominus deus tuus in manu tua
captiuoſq́ꝫ duxeris, & uideris in numero ca
ptiuorũ mulierẽ pulchram, & adamaueris
eã, uolueriſq́ꝫ habere uxorem, introduces eã
in domũ tuam, Quæ radet cæſariem, & cir-
cumcidet ungues, & deponet ueſtem in qua
capta eſt, ſedenſq́ꝫ in domo tua, flebit patrẽ
& matrem ſuam uno menſe, & poſtea intra
bis ad eam, dormieſq́ꝫ cum illa, & erit uxor
tua. Perbelle parabola hæc noſtro quadrat
æuo, quo acerrimũ in literario campo agit
certamen, ad quaslibet artes & ſcientias in
deditionem redigendas. Rutilant arma, ui-
gent ingenia, laborq́ꝫ improbus reuincere
quæq́ꝫ ſatagit. Nec ſat iudicatur latinas oc-
cupare, niſi & græcæ & hebraicæ uindicent
munitiones. Num iniuſta foueri bella, ini-
qua geri certamina, ſpoliaq́ꝫ reſtituenda, iu-
dicabimus? Minime. Leges tamen uictori-

bus prefixas obſeruari decernimus. Et prima quidem modo recitata de pulchris puellis, ſcientijs, & artibus ſecularibus, non incõcubinatũ, nõ in idolotycum ritũ, ſed in thorum legitimum, ſed in cultũ diuinum aſſumendis. Neq; enim ait, Volueris habere cõcubinam, ſed uxorẽ. Nec ibis in domũ eius quin introduces eam in domũ tuam. Harũ quæpiam ſi ſolerti induſtria & aſſiduo ſtudio capta fuerit, radet cęſariem, ſuperflua utiq; capitis uanam intentionem, curioſas, ſuperuacuas & ſteriles ſubtilitates. Circũcidet ungues, corruptas doctrinas morales. Deponet ueſtem, barbaram conuerſationẽ. Aſſumet uocem non plauſibilem, aures demulcentem ad ſui iactantiam & oſtentationem, ſed luctuoſam, triginta diebus plangens, ut per uirtutũ theologicarum ternarium, in Euangeliorũ quadrigam reductũ. Digna uiri Iſraelitici, deũ uidentis fiat contubernio. Alia pręterea de ſpolijs, prout legit in Nume. dicente Eleazaro ſacerdote ſummo ad uiros exercitus qui pugnarunt, Hoc eſt præceptum legis, quod mandauit deus Moyſi, Aurum & argentũ, & æs, & ferrum, & plumbum, & ſtannũ, & omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur. Quicquid aũt ignem non poteſt ſuſtinere Num. 31

aqua expiationis ſanctificabitur, Aurũ inquam mundanæ ſapientiæ, Argentum prudentiæ, Aes eloquentiæ, Ferrum omnia do-
Dan.2 mans indefeſſi exercitij, Plumbum quoq; & ſtannum grauis & perpoliti calami. Omnia iſta igne charitatis luſtrabuntur. Porro imperfecta noſtra, quæ charitatis ardorem nõ ſuſtinent, aqua miſericordiæ & gratiæ diuinæ expiata ſanctificabuntur.

CONATVS SECVNDVS de fide & operibus.

SEd ecce nobis candide lector, inter has ſedandas deſudantibus partes, & ſudore iã nullo reſoluto defatigatis. Alius in Caſtris exorit̃ tumultus, ingenſq; uociferatio. Nam & promiſcuũ accurrit uulgus. Euocemus quempiã, cauſam ſciſcitemur. Quo ꝑpius aſtante aio ad eũ, Quid rei gerit̃ in Caſtris? at ille. Diſceptatio ingens de iuſtitia fidei & operum. Cui Rurſus. Cur aures arrigit uulgus? quid aſtans agit? Et ille. Tripudiat, plaudit manibus, pinguẽ ſe ratũ inueniſſe fortunã, ꝙ ſola fide, ſine laboribus ęternam conſequi ualet uitã. En lector mi, cauſã audis induſtrio ſcrutamine digniſſ. Nam ſi ꝯpertũ hoc fuerit ueritate ſubnixum, per

grato & nos cõplexabimur animo, ſuſcipie muſq; pro omine, qui delectamur in otio. Partiũ itaq; merita intenti audiamus.

Vibrat prima pars gladiũ ſpiritus, q̃d eſt uerbũ dei, utraq; parte acutũ. Ex utroq; inſtrumento producẽs teſtimoniũ. Et primo quidem ex Gene. ubi dicit, Credidit Abraham deo & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã. De q̃ uerbo S. Paulus grande celebrat feſtum. Per hoc nãq; & iudæos gloriabundos cõpeſcit, & inſenſatos reuincit Galatas. Abacuc quoque ait. Iuſtus in fide ſua uiuet. In nouo inſtrumento S. Paulus copioſiſſime hanc aduehit e tertio cœlo doctrinam, ſcribens ad Rom. Per legem (inquit) cognitio peccati, nunc aũt ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt teſtificata a lege & prophetis. Iuſtitia autem dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper oẽs qui credunt in eũ. Et infra. Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt. per quã legem? factorũ? non, ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. Nam ex operibus legis nõ iuſtificabitur oĩs caro, coram illo. Et ad Cor. Nam fide ſtatis. Ad Galat. eſt totius epiſtolæ ſcopus principalis. Ad Philippenſes. Oĩa detrimentũ feci, & arbitror ut ſtercora,

Ephe. 6
Apo. 1
Gen. 15
Rom. 4
Gal. 3
Abac. 2
Rom. 3
2. Cor. 1
Phil. 3

ut Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſticiã, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti, quæ ex deo eſt in fide ad cognoſcendũ illũ, & uirtutẽ reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſio-
Heb.11 nis illius. Ad Heb. quoq; ait, Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Sanctus præterea
1. Pet.1 Petrus inquit, Reportantes finem fidei ue-
1. Ioan.5 ſtræ ſalutem animarũ ueſtrarum. Et diſcipulus quem amabat Ieſus ait, Qui credit in filium dei, habet teſtimoniũ dei in ſe. Super omnia autem eſt noſtri ſaluatoris teſtimoni-
Mar.16 um Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, Et qui non credit iam iudicatus eſt
Ioan.3 Ipſe quoq; a nullo quem ſanare uoluit, aliud
Mat.9 quam fidem expetijt. Vnde ad cæcos, Creditis quia hoc poſſum facere uobis, ſecundum fidem ueſtram fiat uobis. Archiſyna-
Mar.5 gogo ait, Noli timere, tantũmodo crede, omnia poſſibilia ſunt credenti. Per hæc oĩa uidetur iuſtitia fidei firmiter ſtatui, & iuſticia operum ſuggillari. Ex aduerſo altera pars pro iuſtitia operũ militans, & hanc neceſſariam fore cõmonſtrans, eodem conatũ uerbi
Mat.19 dei uti gladio. Et primo ſaluatoris teſtimonio, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Et quæ ſint illa, ſubnectit præcepta ſecundæ tabulæ, Non homicidiũ facies, non adulte-

rabis, non facies furtū, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuū & matrem, diliges proximū tuum ſicut teipſum. In quibus uerbis innuit hanc uiam ad beatitudinē nobis eſſe præfixam. Sicut ad legis peritum ait, Hoc fac & uiues. Idem ſaluator noſter in extremo iudicio de operibus diſceptabit, non de fide. Circa pronunciationem finalis ſententiæ, Venite benedicti patris mei &c. Eſuriui et dediſtis mihi manducare &c. Ecōtra, Ite maledicti, Eſuriui & nō dediſtis mihi mā ducare &c. Vnde pleriſqȝ ſigna fidei allegātibus & dicētibus, Dn̄e, nōne in noīe tuo ꝓphetauimus, & dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus, Confitebit̄, quia nunquam noui uos, diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Vbi & ſubdit, Oīs ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea (ſcilicet opere implendo) aſſimilabit̄ uiro ſapienti &c. Et alibi ait, Filius hominis uenturus eſt in gloria patris ſui, cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuiqȝ ſecundū opera eius. In Apocalip. quoqȝ dicitur, Vox de cœlo audita eſt & teſtificata. Beati mortui qui in domino moriunt̄, amodo iam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis, opera enim illorū ſequuntur illos. Et eodem libro, Iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in li-

Luc. 10

Mat. 25

Mat. 7

Mat. 16

Apo. 14

apo. 20

bris, ſecundum opera eorum. Beatus quoq;
2.Pet.1 Petrus, Satagite ut per bona opera certā faciatis uocationē & electionē ueſtram. Et clarius b. Iacobus teſtat, Quid ꝓderit, fratres
Iaco. 2 mei, ſi fidē quis dicat ſe habere, opera aūt nō habeat? Nūquid poterit fides ſaluare eū? Fides ſi nō habet opera, mortua eſt in ſemetipſa. Abrahā pater noſter nōne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens filiū ſuū ſup altare.

Sed quid dicimus candide lector, nū & ipſi ſancti Apoſtoli, Paulus & Iacobus inter ſe ipſos diſſident? ut q̄d unus aſtruit, alter refellat. An uni amplior quā alteri cōicanda ſit fides? Sed abſit ut quippiam in canone cōprehenſum repudiemus. Aut apoſtolos (qui uno & eodē ſpiritu afflati, eodē & ſunt locuti) in doctrinis ſuis diſcrepaſſe ſuſpicemur quin potius uerū ſpiritusſancti intellectū in utriſq; ſcrutemur ſolertiſſime. Florigerū itaq; diuinæ ſcripturæ ingrediamur campum, uernātiſſimos carpamus floſculos. Tu aūt mi lector, eſto emunctæ naris, ut a putentibus diſgreges ſuaue olentes. Operæpreciū autem uidetur altius hanc petere materiam & ex puriſſimo fonte aquam uiuam in noſtras deriuare lacunas, orando, pulſando, obſecrando eum qui ait. Si quis ſitit ueniat
Ioan.7 ad me & bibat, ut & de uentre noſtro ſancti

ſpiritus munere(& ſi non flumina) ſtillicidia ſaltem manent aquæ uiuæ, doctrinæ ſalutaris. Pro diſcuſſione itaq; materiæ, aliquas præmittamus indagines; Deinde illationes nonnullas ſubnectamus.

INDAGO PRIMA.

Sanctus apoſtolus Paulus ad Rom. auream retexens catenam, cùm ait, Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. Oſtendit eā cū oībus innexis anulis ſuis ab immenſa diuina cōmunicatiua emanare bonitate, ut oſtenderet ipſe de- Rom.
us diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ, quę ꝑparauit in gloriam, q̊s & uocauit. Nā Rom.11
quis prior dedit illi & retribuet̃ ei. Cùm & propheta dicat, Dixi domino deus meus es Pſal.15
tu, quoniam bonorum meorū non eges. Et in Apocalip. ipſe ait, Sitienti dabo de fonte Apo.21

aquæ uitæ gratis. Nihilominus tamen de-
us benedictus a creatura intellectuali tã an-
gelica, quam humana, expetijt & expetit cul
tum ſibi impendi debitum, & quidem iuſtiſ
ſime. Ad hoc nãq; eam creauit, ut ipſum a q̃
facta eſt agnoſceret, agnitũ amaret, amando
poſſideret, poſſidendo frueretur & perpe-
tuo glorificaretur, ut ſic gloria dei ſit finis ul
Pro.16 timus, Vniuerſa enim propter ſemetipſum
operatus eſt dominus. Hic cultus debitus
deo ab homine (ſelegata ad præſens natura
angelica) exhibendus, conſiſtere debuit in
eo, quod ſumme deũ glorificat, ſumme ho-
minem humiliat, & ſumme ipſum in diuina
prouehit. Tunc aũt homo ſumme deũ glori
ficat, quando ſumme ſe ſubijcit eius poteſta
ti, ſumme & firmiſſime eius adhæret uerita-
ti, ſumme inhæret eius bonitati, ſummã ſer-
uitutem ſibi poſſibilem exhibet eius maie-
ſtati. Tunc ſumme ſe ipſum humiliat, & uili
ficat quando uires ſuas, rationalem, irraſci-
bilem, concupiſcibilem, executiuam & ſenſi
tiuam, omnino a proprio cõmodo, a pro-
pria uoluptate, a propria gloria auertit, Et
ſic quodammodo ſibiipſi morit. Tunc ſum
me ad diuina prouehitur quando prędictas
uires totis uiſibus in deum reducit, ſecundũ
potiſſimos earum actus, reſpectu dei nõ cla

re uiſi, qui ſunt credere, ſperare, amare, obſe
qui, & obedire, hæc quia fideli cuilibet cla-
ra ſunt, probationis cuiuslibet fulcimento
egent minime.

INDAGO SECVNDA.

Ad hæc exercenda & experienda deus re
uelauit primo parenti noſtro in paradiſo cō
ſiſtenti ſuam uoluntatem & beneplacitū, ad
eius impletionē ipſum aſtringendo ſub præ
cepto. Impoſuit aūt ei tria præcepta, duo af Gen. 2
firmatiua, & tertiū negatiuum. primum pro
uitæ ſuæ conſeruatione. De omni ligno pa- Gen. 1
radiſi comede &c. Secundū pro naturæ hu
manæ propagatione. Creſcite & multiplica
mini &c, quæ tamen obſeruanda erant in in
executione pro loco & tempore. Tertiū pro Gen. 2
ſua probatione & exercitatione, De ligno ſci
entiæ boni & mali ne comedas. Cui & pœ-
nam adiecit ne aliquod de ignorantia excu-
ſationis haberet uelamen, In quocūq; die co
mederis ex eo, morte morieris. & in hoc ter
tio præcepto ſpecialiter deus exegit ab ho-
mine cultū ſibi debitum. Nam ibi exercebat
rationalis uis per fidem, diuinæ aſſertioni
& ueritati credendo, Iraſcibilis a tam uili re,
multo inferiori ipſo homine, propter obedi
entiam abſtinendo, & in hoc ſe humiliando
concupiſcibilis plus deū quam propriā uo-

luptatem uel uxorem appreciando & amãdo. Senſitiua eam ab obiecto delectabili retrahendo, Et operatiua uel executiua in hoc diuinæ maieſtati ſeruiendo. Tranſgrediendo ergo diuinũ mandatum homo, uiolauit fidem diuinæ cõminationi aſſertiuæ prolatæ diſcredendo. Nam & Adam credidit ueniale, ꝙ erat mortale. & Eua dixit, ne forte moriamur. Excuſſit proinde iugũ dñi ſuaue ſecundũ iraſcibilem, per ſuperbiam & inobedientiam deo rebellando. Plus deniq; dilexit creaturam, utpote Adam uxorem, & Heua uoluptuoſum cibũ, quam deũ. Et ſic profruitus eſt utendis contra dei charitatẽ, Ex conſequenti ſe & totam ſuam poſteritatem diuinæ ſubtraxit ſeruituti. Et uoluntarie diabolicæ ſe ſubiecit tyrannidi, qui (deo iuſte permittente) eum in ſuã redegit ditionem, unde, quia deo cultum ſubduxit debitum, deus illum e paradiſo expulit, eiq; multiplicem pœnam ultra pœnam mortis cominatam inflixit. Gen. 3

INDAGO TERTIA.

Ezech 18. Deus benigniſſimus poſt naturã humanam deſtitutã, quia eam reſtituere decreuit (nã non uult mortem peccatoris, ſed magis 1. Tim. 2 ut conuertat̃ & uiuat, uult aũt omnes homĩ

neſ ſaluos fieri) rurſus cultum ſibi ab ea exhibendũ inſtituit, priori non abſimilem in actibus, In ritibus uero & cęremonijs longe diuerſum. Et quia ritus & cærimonię a principali cultu ſunt extrariæ, & ſecundũ diuerſa tempora uariabiles, prætergrediendæ ſunt inpræſentiarum. Et de uero cultu, quo pater cœleſtis in ſpiritu & ueritate colitur, tractandum. Hunc ad quaternarium reducemus numerum, ut quadratura æquilatera ſtet contra omnes tempeſtates ſolida & incõcuſſa. Euangelicæq; quadret perfectiõi, Necnon a ciuitate cœleſti in quadro conſiſtente, ſit exemplata, in qua ſumus & perfectiſſimus dei cultus celebratur, ſolennitate perpetua, Habet autem quodlibet quadraturæ latus portas tres, & quatuor cœli plagas reſpicientes. Et ut Metaphoræ immoremur propoſitæ. Ciuitas noſtra ſub cœleſtis eius q̃ ſurſum eſt Hieruſalẽ matris filia, murũ habet ſolidiſſimam ſublimiſſimamq; fidem, ad orientem ſalutis gratiæ ſpectantẽ. Exigit ſiquidem deus a rationali ui ſummum & arduiſſimum actum ſtatui uiæ congruentem, qui eſt credere in deum, Credere ęternæ & incõmutabili ueritati in omnibus & ſingulis ab ea nobis utriuſq; inſtrumenti pagina reuelatis, quantumcunq; noſtrum

Ioan. 4

Apo. 21

Gal. 4

tranſcendant intellectū, per quem actū uis
intellectiua ſeipſam abnegat & mortificat,
2. cor.10 totum ſe captiuans & transferens in obſe-
quium ueritatis æternæ. Seq; ei libans holo
cauſtum in odorem ſuauiſſimū. Nam nul-
lus credit niſi uolens, unde actui fidei, ſalu-
tis & iuſtificationis principiū aſciſcitur, ra-
dixq; eſt & origo omnis boni, regula cultus
diuini, necnon ſpiritualis ædificij fundamē
Ioan.3 tum, Ob quod multa ei adſcribunt præco-
Ioan.12 nia, ut quod a malo liberat. Omnis qui cre-
Ioan.8 dit in Chriſtū, non perit. Et omnis qui cre-
dit in me in tenebris non manet. Ad diſcipu
latum Chriſti prouehit. Si manſeritis in ſer-
mone meo, uere diſcipuli mei eritis, & co-
gnoſcetis ueritatem, & ueritas liberabit uos.
Mar.11 Omnia quæ deſiderat a deo, impetrat, O-
mnia quæcūq; orantes petitis credite, quia
Ioan.11 accipietis & euenient uobis. A morte præ-
Ioan.5 ſeruat, Omnis qui credit in me, non morieť.
Saluat in iudicio, Qui uerbū meum audit &
credit ei qui miſit eum, habet uitam æternā,
& in iudiciū nō uenit, ſed tranſit a morte ad
Ioan.6 uitam. Omnia implet deſideria, Qui uenit
ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſi
tiet in æternū. Ad filiationis adoptionem
Ioan.1 ſublimat. Dedit eis poteſtatem filios dei fie
Ioan.12 ri, his qui credunt in nomine eius. Et dū lu-

cem habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſi-
tis. Poteſtatem miracula faciendi confert, Si Mat. 17
habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dice Mar. 9
tis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit. Et ni
hil impoſſibile erit uobis, & omnia poſſibi-
lia ſunt credenti. uitam ęternam donat, Qui Ioan. 5
uerbū meum audit & credit ei qui miſit me,
habet uitam æternam. Et beati qui non ui- Ioan. 20
derunt & crediderunt.

Hoc latus orientales tres habet portas, ſecundū tria credenda, ad quæ alia omnia adducuntur. Nam credimus beatiſſimam Trinitatem, & indiuiduā in deo unitatem. Credimus ſanctiſſ. Chriſti humanitatem per incarnationem aſſumptam. Credimus denicꝫ noſtram in ipſum Chriſtū, ſicut membrorū in caput, in corporationem. En primus cultus. Cui, nō quidem tota hominis ſalus, ſed ſalutis condonant̃ primordia. Hic fidei cultus, & correſpondentem adęquatam habet ſacram ſcripturam, hoc pacto, ut nihil ſit in diuinis contentū ſcripturis, quod non deuota complexetur fide, Necꝫ quicquā complectat̃ fides, ꝙ non ſolidum ſcriptura ſancta habet fundamentū. Alioquin fides uana & ſuperſtitioſa non immerito cenſebit̃.

INDAGO QVARTA.

Huic cultui fidei Cultus ſuccedit ſpei, la-

tus contra occidentem reſpectans, hæc ſpes gloriam dat immenſæ diuinæ poteſtati, ſicut fides æternam glorificat ueritatem, cōfertq; fiduciam ad deū, omnia obtinendi ab eo, quæ fides & ſacra ſcriptura dictant ſperanda, & in ipſa ſunt promiſſa, Hic eſt nobiliſſimus & arduiſſ. actus, uis iraſcibilis quo ipſa mactatur & deo imolatur, dum contra omnem ſpem quæ ex naturalibus originari poteſt uiribus, diuinæ totaliter innititur.
Rom.4 Sic ſanctus Apoſtolus de Patriarcha Abraham ait, Qui contra ſpem in ſpem credi-
Rom.8 dit. In hac ſalui facti ſumus, in hac gloria-
Rom.5 mur, ſcilicet in ſpe gloriæ filiorū dei. In hac
Rom.12 gaudemus, ſpe gaudentes, in hac labora-
1.Cor.9 mus. Debet enī in ſpe qui arat arare & q titu
2.Cor.1 rat in ſpe fructus percipiendi. In hac omnes
Gal.5 paſſiones tolleramus, quia ſpes noſtra firma eſt, ut ſicut ſocij paſſionum ſumus, ſic erimus & conſolationis. Expectamus enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ. hæc eſt galea ſalutis. Secundum hanc, uitæ æternæ hære-
Titū.3 des ſumus. Hęc eſt Anchora qua nauis no-
Heb.6 ſtri cordis firmatur. Si tamen permanemus
Collo.1 in fide fundati & ſtabiles & immobiles a ſpe Euangelij, & fiduciam & gloriam ſpei uſq; ad finem firmam retinemus. Per hanc

ſiquidem proximamus ad deũ. In hanc ſpẽ Heb.3
uiuam regenerauit nos deus. Vnde, Omnis Heb.7
qui habet ſpem hanc, in eo ſanctificat ſe, ſi- 1.Pet.1
cut & ipſe ſanctus eſt, hunc cultum exigit a 1.Ioan.3
nobis ſaluator noſter, cum ait. Qui odit ani Ioan.12
mam ſuam in hoc mundo, in uitam æternã
cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſe-
quatur, & ubi ego ſum, illic & miniſter me-
us erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honori-
ficabit eum pater meus. Et alibi, In domo Ioan.14
patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo
minus dixiſſem uobis, quia uado parare uo
bis locum. Et in Luca, Beati ſerui illi, quos Luc.12
cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes,
Amen dico uobis ꝙ præcinget ſe & faciet
illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit il-
lis. Et in alio loco, Vos eſtis qui permanſi- Luc.22
ſtis mecũ in tentationibus meis, & ego di-
ſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater me-
us regnũ, ut edatis & bibatis ſuper menſam
meam in regno meo. Et in Matthæo, Voca Mat.20
operarios, & redde illis mercedem. Habet
autem & hoc latus contra occidentem oc-
cũbentis naturæ corruptibilis portas tres.
Spe namque præſtolamur ab omni malo Rom.8
ereptionem, quia & ipſa creatura liberabit
a ſeruitute corruptionis, in libertatem glo
riæ filiorũ dei. Spe expectamus Saluatorem Philip.3

noſtrum dominũ Ieſum Chriſtũ, Qui refor
mabit corpus humilitatis noſtræ, configu-
2.Pet.1 ratum corpori claritatis ſuæ. Spe maxima
&precioſa nobis promiſſa deus donauit, ut
1.Ioan.3 per hoc efficiamur diuinæ conſortes natu-
ræ. Videte qualem charitatem donauit no-
bis deus pater, ut filij dei nominemur & ſi-
2.Cor.5. mus. Scimus enim quoniã cũ apparuerit ſi-
miles ei erimus, q̃m uidebimus eũ ſicuti eſt,
Scimus nihilominus, ꝙ ſi terreſtris domus
noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ æ-
dificationem ex deo habemus, domũ non
manufactam, ſed æternam in cœlis. Nam &
in hoc ingemiſcimus habitationem noſtrã
quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes, ſi ta-
men ueſtiti & non nudi inueniamur. En mi
lector, quam radicitus noſtrum deſiderium
e caduci euellit hic cultus, & cœleſtibus inſe
rit. Vnde Thimiama eſt ſuauiſſimi odoris
domino.

INDAGO QVINTA.

Hos duos, tertio inſequit̃ charitatis dei
cultus, ſumme neceſſarius; adeo principali-
Deut.6 ter expetitus, a ui concupiſcibili exhiben-
dus, per mandatum primũ & maximũ, im-
Mat.22 peratus, Diliges dominũ deum tuum ex to
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex to-
ta mente tua, & ex omnibus uiribus tuis; Et

hic maior omnibus holocauſtomatibus & Mar.12
ſacrificijs. Et quia, teſte ſaluatore, mandatũ
hoc eſt primũ, conſequit̃ ꝙ ſit de actu pri-
mo, primitate perfectionis & diuinæ acce-
ptationis. Et quia maximũ infertur, ꝙ ſuper
omnia alia eius ab homine expetitur imple-
tio, & principaliter eſt in tota lege intenta. Et
quia maius omnibus holocauſtomatibus,
ipſo ſaluatore dictũ hoc ſcribe approbante,
concluditur, ꝙ in eius impletione perfectiſ-
ſime uetus Adam mortificatur, & deo in o-
dorem ſuauiſſimũ cremat̃, Illo utiq; igne qui Leui.6
eſt perpetuus, & nunquã deficere debet in
altari cordis. Et quia ſuperat omnia ſacrifi-
cia, ſequitur quod ſuper omnia & ante oĩa
deo eſt offerendus. Nam & in eius uirtute
acceptantur & gratificantur omnia alia, te-
ſte apoſtolo ad Corinth. Si linguis hominũ 1.Cor.13
loquar & angelorũ, Charitatem aũt non ha
beam, factus ſum uelut æs ſonans, aut cim-
balum tinniens. & reliqua quæ ſequuntur.
De hoc ſaluator noſter ait, Qui diligit me, Ioan.14
diliget̃ a patre meo, & ego diligam eũ, & ma
nifeſtabo ei meipſum. Latus hoc meridiem
uerſus reſpicit, regionem unde ſolis ardor
feruentius æſtuat. Siquidem & finis præce 1.Tim.1
pti eſt charitas de corde puro & conſcientia Colo.3
bona, & fide non ficta, uinculũ quoq; perfe-

ctionis, Vnde ſuper oïa eſt habenda. Aeſtũ nempe ſuo, cupiditatis diſſoluit glatiem, exterminatq; frigus iniquitatis. Præſtat aũt & hoc latus tribus portis ad cœlicolas aditũ, ut ad ingreſſum aſpirans, Diligat ſup oïa deum propter ſeipſum, Diligat & proximum propter deum, Diligat nihilominus ordinate ſeipſum. Tres itaq; culturæ ſupra ſignatæ tres nobiliſſimas reſpiciunt potentias, in nobiliſſima hominis parte, ſcilicet in ſpiritu. Reſpectu nobiliſſimi obiecti uidelicet dei. Per quarũ exhibitionem deuotam & fidelẽ ſpiritus abnegat nobiliſſimo modo ſeipſũ. Mundo funditus moritur, efficaciter diabolum ſuperat & uitium, & deo offert holocauſtum pinguiſſimũ & medullatũ per ſuijpſius, & omnium mundanorũ contemptum.

INDAGO SEXTA.

Supereſt quartus cultus, ex anima & corpore deo præſtandus, hoc eſt, ex omnibus
Tim.2 inferioribus uiribus, ut ſit & integer & perfectus, Hic tũc deo grate adminiſtratⁱ, cum homo iuſte in hoc ſeculo uiuit ad proximũ, & ſobrie adſeipſum, ſicut in tribus primis pie uiuit ad deum. Et hic quidem quo ad proximum eodem imperatur mandato, quo & charitatis dei cultus, Cum ſaluator noſter

ait, Et proximum tuum ſicut teipſum. Vbi per notam copulatiuam, & unitas implicatur quadruplex. Nam ibi notatur, unitas præcepti, unitas habitus, a quo progredit̃ Charitatis uidelicet. Vnitas principij moti ui, quod ſanctus Iohannes notat dicens, Si deus dilexit nos, & nos inuicẽ debemus diligere. Vnitas nihilominus finis ultimi. Dilectio nempe pure propter deũ impendẽda eſt proximo, per talem enim in lumine manemus, & deus manet in nobis, & totam implemus legem. Sicut. S. Paulus ait, Nemini quicq̃ debeatis, niſi ut inuicẽ diligatis, Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam non adulterabis, nõ occides, non furaberis, non falſum teſtimoniũ dices, non concupiſces &c. Et ſi quod eſt aliud mandatũ in hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximũ tuum, ſicut teipſum. Dilectio proximi, malũ non operat̃. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Ibidem alibi ait, Omnis lex in uno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Vt autem particulatim & enucleatius de charitate explicet̃ materia, Comportandæ ſunt eius gemmæ & flores, in floridiſſ. Euangeliorũ campo, per ſaluatorem noſtrũ ſparſi, & in faſciculum manualem colligendi, ut odore redolentiſſ. affectus iugi paſcat̃

1. Ioan. 4

ibidem

Rom. 13

Gal. 5

deuotione interius, quæ in ſigna & affectus tanquã fructus prorumpat exterius. Igitur ut ex fructibus cognoſcat arbor, Sentiamus quemlibet fidelem ex traditione Euangelica eſſe obligatum ad habendam charitatem ignoſcentem, reconciliantem, benefacientẽ, acta proximi ſynceriter interpretantem, ac ueritatem & pacem ſeruantem. Qui numerus quinarius, ex Ieſu Chriſti crucifixi quinq; uulneribus profluit uberrime. Expetitur equidem a quolibet, Primo, charitas ignoſcens uel indulgens, dicente domino, Dimit-
Lu.6 te & dimittetur uobis. Et omnis qui iraſci-
Mar.6 tur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui aũt dixerit Racha, reus erit concilio. Qui aũt dixerit
Mat.5 fatue, reus erit gehennæ ignis. Et, ego dico
Ibidem uobis non reſiſtere malo. Sed ſi quis percuſſerit te in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et qui uult tecum in iudicio cõ-
Luc.6 tendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium. Et quicũq; te angariauerit mille paſſus, uade cũ illo & alia duo. Secundo, cha-
Mat.5 ritas reconcilians. Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te iudici, & iudex tortori, & mittatis in carcerem. Et ſi offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi mu-

nus tuũ ante altare, & uade prius reconcilia ri fratri tuo. & alibi, Diligite inimicos ueſtros. Tertio, charitas benefaciens. Eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter miſericors eſt, quia miſericordiam uolo & non ſacrificium. Date & dabitur uobis. Date mutuum nihil indeſperantes. Qui petit a te, da illi. Benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniãtibus uos. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Et ecce omnia munda ſunt uobis. Quarto, charitas uerba ſigna & facta proximi ſynceriter interpretans. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare & non cõdemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et in qua menſura mẽſi fueritis, remetietur uobis. Quid aũt uides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Et alibi. Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudiciũ iudicate. Quinto, charitas ueritatem & pacem amplectens. Omnia quę uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Et ſit ſermo ueſter eſt eſt, non non. Et de omni uerbo ocioſo quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicij. A fortiori, de damnoſo, fallaci, & pernicioſo. Et, qui ſcandaliſauerit unum de puſillis iſtis, qui in me cre-

Ibidem · Lu. 6 · Oſeæ 6. · Mat. 12 · Luc. 6 · Mat. 5 · Luc. 12 · Luc. 11 · Mat. 7 · Ioan. 7 · Mat. 7 · Luc. 6 · Mat. 5 · Mat. 12 · Mat. 18

dunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius & demergatͣ in profundum
Mar.9 maris. Væ mundo a ſcandalis. Et, habete in uobis ſal. &, pacem habete inter uos. Quantum placeat deo charitas proximi, & quam ſuauiſſime in conſpectu eius redoleat, Saluator benedictus oſtendit in uno uerborum contextu, mandatū de dilectione proximi
Ioan. 13 ter replicando. Ait enim, Mandatū nouum do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi
Ioan. 15 dilectionem habueritis adinuicem. Hoc eſt præceptum meū, ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos. Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Volens dilectionem impendi proximo, corde, ore, opere, in ſpiritu & ueritate.

INDAGO SEPTIMA

Eccle. 30. Quia dicit ſapiens, Miſerere animæ tuæ
Mat. 16 placens deo. Et ſaluator benedictus, Quid prodeſt homini, ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentū patiatͬ. Conſtat hominem eſſe obligatū ad ſuipſius amorem ordinatum. Qui tunc iuſte celebratur, cū ſe ſecundum deū & in deū amat, Ac ſecundū carnem & mundū odit. Iuxta
Ioan. 12 doctrinam eiuſdem ſaluberrimā, Qui amat

animã ſuam, perdet eam, Et qui odit animã Mar. 9
ſuam in hoc mundo, in uitam æternã cuſto
dit eã. Per hoc nãq; abnegat ſemetipſum, &
tollit crucem ſuã, & ſequit̃ Chriſtũ. Hũc cul
tum reſpectu ſuipſius deo impendit, qñ ſo-
brie uiuit. ſicut S. Paulus docuit, Vt ſobrie- Titũ. 2
tas omnem ordinatam propriæ uitæ com-
plectatur inſtitutionẽ. Quæ ad quaternari-
um reducit numerũ. Debet enim quiuis eſſe
regulatus, In intentione, affectione, actione,
& paſſione, ut ſit quadratura ſolida in omni
latere bene ſedens. Primum quidem in in-
tentione, ſpecialiter circa tria exercitia, quæ
ſpeciali modo ſaluator expreſſit, uidelicet,
circa eleemoſynam, orationẽ, & ieiuniũ. De
eleemoſyna quidem ait, Cum facis eleemo- Mat. 6
ſynã noli tuba canere ante te, ſicut hypocri-
tæ faciunt in ſynagogis & in uicis, ut hono-
rificentur ab hominibus. Te aũt faciante ele Ibidem
emoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat de-
xtra tua. De oratione autem. Et cum oratis
non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſy-
nagogis, & in angulis platearũ ſtantes ora-
re, ut uideant̃ ab hominibus. Tu aũt cum o-
raueris, intra in cubiculũ tuũ &c. De ieiunio
uero. Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypo-
critæ, triſtes. Tu aũt cũ ieiunas, unge caput
tuũ, & faciem tuam laua. In quibus omni-

bus corruptam eliminat intentionem, & ua
næ gloriæ exterminat cupidinem. Nec ta-
men circa illa ſola, quin uniuerſaliter circa o
Mat.6 mnia opera noſtra cum generaliter ait. At-
tendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram
hominibus, ut uideamini ab eis. Secundo,
in affectione, quæ deprauaẽ per cõcupiſcen-
tiam carnis, & nimiam ſolicitudinem rei tẽ-
poralis cũ quibus complura fomentantur
uitia, Quę ſaluator conuellit radicitus, cum
Mat.5 ait, De concupiſcentia quidẽ carnis, Omnis
qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eã,
iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Quod
ſi oculus tuus dexter & manus dextra ſcan-
daliſant te, abſcide, & proĳce abs te. De ſoli
Mat.9 citudine aũt, Nolite theſaurizare uobis the
Luc.12 ſauros in terra, Et ne ſoliciti ſitis animæ ue-
ſtræ, quid manducetis, neq; corpori ueſtro
quid induamini. Primũ ergo quærite regnũ
dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adĳcien-
tur uobis. Tertio, in actione, Regulatur per
Gal.5 fructus ſpiritus, qui ſunt, benignitas, boni-
tas, modeſtia, continentia, caſtitas. In paſſio
ne uero, quarto loco per manſuetudinem &
patientiam, Quibus omnibus ſuffragari de
bet longanimitas, Nam qui perſeuerauerit
Mat.10 uſq; in finem, hic ſaluus erit, Cultus hic quar
Hiere.1 tus latus excipit aquilonare, a quo omne

malum panditur, ſuper omnes habitatores terræ, Actiuã ſiquidem reſpicit uitam tumultibus refertam, periculis plenam, & incõmodis cunctis exuberantem. Præſtat nihilominus ad cœlicos ciues aditum portis tribus, anguſtis plurimũ. Temporalium omnium abdicatione, ſaltem quo ad ſolicitudinem indiſcretam, & inordinatum amorẽ, uoluptatum ſubtractione & carnis crucifixione. Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eũ audire? hoc enim audito ſermone de carnis crucifixione, multi diſcipulorũ abeunt retro, & amodo non cũ Chriſto, & poſt Chriſtum ambulant, quibus non eſt datũ ut perſeuerent. Sicut enim nemo uenit ad Chriſtũ niſi pater cœleſtis traxerit eũ, Sic nemo perſeuerat cum illo, niſi cui datum fuerit deſup. Ioan. 6

INDAGO OCTAVA

Ex his omnibus, cultus conflatᷓ obſeruantiæ totius legis euangelicæ, Quo uera probatur ad deũ charitas, iuxta illud ſaluatoris Qui habet mandata mea & ſeruat ea, hic eſt qui diligit me. Et ſi quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Et item, Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Hæc eſt crux noſtra poſt Chriſtum baiulanda de qua ipſe ait, Si quis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſũ & tollat crucem ſuam quottidie & ſequatur Ioan. 14 Luc. 9

Mat.10 me. Quã qui nõ baiulat & eũ ſequit̃, non eſt
Luc.14 eo dignus, nec poteſt eſſe eius diſcipulus.
Act.1 Hanc ipſe prior portauit, quia cœpit Ieſus
Mat.5 facere & docere, Quia non uenit ſoluere legem, ſed adimplere. per hanc cuncta abſterguntur peccata. In qua uera conſummatur
Mat.4 pœnitentia Euangelica, de qua ait, Pœniten
Luc.13 tiam agite, Et niſi pœnitentiam habueritis,
Ibidem omnes ſimiliter peribitis. Per hanc ſicut per
Mat.11 anguſtam portã intratur in regnũ cœlorũ, Per quã uim patit̃, & uiolenti illud rapiunt,
Mat.5 Sine qua nõ patebit in illud ingreſſus, quia Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra, pluſquã ſcribarum & phariſeorum non intrabitis in regnum cœlorũ. Hæc itaq; eſt iuſtitia Euangelica cuilibet adulto uſu rationis prædito ad capeſſendam beatitudinem neceſſaria. Ad quam agnoſcendam æmulandamq;, duplicem nobis deus pater accendit lucernã, nos dirigentem & excitantem. Vnã intellectualiter illuſtrantẽ, ſacram uidelicet ſcripturã, per uerbũ ſuum ęternum nobis reuelatam.
Ioan.7 Quia mea doctrina (ait ipſum uerbũ) nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me. Aliam exemplariter excitantem. In moralibus equidẽ plus
Exo.25 mouent facta quã uerba. Hæc eſt uita Chriſti ſanctiſſima, in agendo & patiendo, orando & contemplando, exemplar perfectiſſi-

mum quod nobis a deo patre in monte per fectionis Euangelicę eſt monſtratum. Ad cuius contuitum omnia opera noſtra ſunt effigianda. Cui tota uita noſtra eſt conformanda, & affectus totus per amorem in ipſum transformandus. Verũ quia corporis pondere pręgrauati (quod aggrauat animam & deprimit ſenſum multa cogitantem) aſſurgere ad hęc ualemus minime. Cultus orationis cuilibet fideli ſumme eſt neceſſarius, quo q̃d noſtris uiribus nõ ualemus, eius ſuffragijs adimplere poſſimus. Quod & ſaluator ipſe teſtatur, inquiens. Oportet ſemper orare & nunquã deficere. Dum enim, oportet, dicit, neceſſitatem orandi indicit. Et dũ, ſemper, adijcit nullum tempus ab oratione liberum nobis concedit. Vnde & alibi ait, Vigilate omni tempore orantes. &, Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Item, Videte, uigilate & orate, neſcitis enim quando tempus ſit. Ad cuius inſtantiam certiſſimis quoq; roborat promiſſis, Amen amẽ, inquiens, dico uobis, ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis, Petite & accipietis, ut gaudium ueſtrum ſit plenum. Fructuoſiſſimũ ergo ſaluberrimũq; exercitium eſt oratio, Quo a malo liberamur, ad bonũ prouehimur, in bono progredimur, & ad

Sap. 9. Luc 18 Luc. 21 Mat. 26 Mar. 13 Ioan. 16

optima ſubleuamur. Vnde quanto purior crebriorq; fuerit celebrata oratio, tanto celerior de hoſtibus triũphus, tanto pinguior in omni uirtutũ & chariſmatum genere profectus, Tanto deniq; intimior & familiarior in deo & cũ deo conuictus. Hoc proinde fœlici exercitio omnes ſancti in carnis corruptibilis ergaſculo adhuc conſiſtentes, mirã a deo nacti ſunt poteſtatem, Stupendam intelligentiæ claritatem, & ſuper omnia deſideratiſſimam familiaris contubernij cũ deo unitatem.

Conſectarium primũ.

Igitur ad beatitudinis aſſequutionem, non ſufficit adulto uſũ rationis habenti, cultus fidei ſine cultu ſpei & charitatis. Nec ille ſuperior ſine inferiori & exteriori, quia diuina iuſtitia exigit cultũ & plenũ & perfectum

1. Teſſ. 5 a toto homine interiori & exteriori, ſecundum partem inferiorem & ſuperiorem. Vt integer ſpiritus & anima & corpus ſine querela in aduẽtu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Sicut totus homo per glorificationẽ

Colo. 3 eſt remunerandus, ut ſic totus homo moriatur mundo, totus crucifigat̃ cum Chriſto, ut poſſit nouus reſurgere in Chriſto & cum Chriſto. Expoliemus itaq; cum fidei integritate ueterem hominem cum actibus ſuis, Et induamus nouũ eum qui renouatur in agni

tionem dei, ſecuudũ imaginem eius qui crea uit eum. Nam licet is qui foris eſt noſter homo corrumpat̃, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem, Hoc ſcientes, quia uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non ſeruiamus peccato. Quod totũ per crucem agit̃, dum crux radicatur in corde per ardentem dilectionem, reſonat ex ore, per conſtantem confeſſionem, geſtatur in opere, per indefeſſam ueſtigiorum chriſti imitationem, & relucet in omni uita per exemplarem conuerſationem. Vnde ſanctus Paulus, Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. 2. Cor. 4 Rom. 6 Gal. 6

Conſectarium ſecundum.

Igitur, non eſt intentio ſancti Pauli, Fidẽ multipliciter cõmendantis, ſic ipſam ſtatuere, ut in hac ſola tota ſalutis ſpes reponatur, quaſi adultus per ſolã fidem ſine operibus conſequi æternam ualeat uitam. Nunquid conſtantiſſimus feruentiſſimuſqꝫ Euangelij prædicator doctrinam euacuauit euangelicam, ut cũ hæc crucem tollere, Chriſtum ſequi, & pro poſſe in omnibus ſe ei confirmari, doceat, ipſe ſolam fidem ſufficere prædicet? Minime, ſed ut Sapiẽs Architectus fun 1. Cor. 3

damentũ poſuit, id uidelicet, præter quod nemo aliud ponere poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, Cui fides (tanq̃ lapis primarius igne charitatis excoctus, per ſummũ pontificẽ Chriſtũ cruce inſignitus & oleo gratiæ inunctus) innitit. Ex quibus omnis Euangelica conſurgit ſtructura. Vnde iuſtitia fidei per ſanctũ Paulum inſtantiſſime prædicata, & ueriſſime aſſerta totam cõplectitur Euangelicam doctrinam. Quam contra iuſtitiam diſcriminat legalem & moſaicam. Hoc Scopus

Gal. 5 epiſtolæ ad Galat. & alterius ad Romanos cõmonſtrant clariſſime. Galatas, nempe inſenſatos decernit, q̃ poſt libertatem Euangelicam, in quã uocati fuerunt, in Moſaicæ legis ſeruitutem, tanquã ad ſalutẽ neceſſariam per falſos ſunt inducti apoſtolos, circũciſionem, in obligationis ſignũ ſuſcipientes. Iudæos quoq; ad fidem conuerſos, Romæ commorantes, de ſuis progenitoribus legis iuſtitia & circumciſione contra cõuerſos gentiles gloriantes pari reprimit ueritatis cenſura, oſtendens legem ſine euan-

Rom. 4 gelio operari mortem & iram. Sequutus in his incõcuſſam æternæ ueritatis aſſertionẽ,

Mat. 5 Amen dico uobis, niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plusq̃ ſcribarum & phariſæorũ non intrabitis in regnum cœlorum. Iuſtificatio

præterea prima, non per merita præambu-
la, aut legalem obſeruantiam quamcūq;, ſed
per fidem celebratur certiſſime. Vnde idem
Apoſtolus, Iuſtificati ergo ex fide pacem ha Rom. 5
beamus ad deū per dominū Ieſum Chriſtū,
per quem habemus acceſſum, per fidem in
gratiā ſuam in qua ſtamus & gloriamur in
ſpe gratię filiorū dei. Porro ſanctus Iacobus Iaco. 2
apoſtolus aſſertione a prædictis minime di
ſcrepante, alio tn̄ ſcopo, cōtra eos uidelicet
qui de ſola fide ſine operibus gloriant̄, inue
hit̄, Affirmans fidē ſine operibus mortuā eſ
ſe, nec ſaluare poſſe credentem. Abrahæ q̄q;
patriarchæ exemplo aſſertam ſtabiliens ue-
ritatem, Cuius fidei opera ipſa certiſſimā tu
lerunt atteſtationem, patriam ſuā & cogna-
tionem ad iuſſum domini derelinquēdo, di
uinæ uoluntati obtemperando, & in omni
ſanctitate proficiendo, necnō uſq; ad perfe-
ctū creſcendo. Quod aūt hæc ſit ſancti Iaco-
bi ſentētia uerba teſtantur ſubiuncta. Vides
(inquit) quoniā fides cooperat̄ operibus il-
lius. Et ex operibus fides conſūmata eſt. Cō
ſummata ait, non inchoata. Subdit, uidetis
q̄m ex operibus iuſtificatur homo, ſcilicet
cōſummatiue, & non ex fide tantum. Num
fides in animo otioſa & ſtertens ſalutem prę Ephe. 3
ſtabit, aut Chriſtus per fidem in corde habi

tans dormitabit aut dormiet, Et non potius indefeſſe per charitatem operabitur hominis ſalutem? Nonne omnis qui audit uerba Chriſti, & non facit, quantūcunq; credat ſimilis erit uiro ſtulto, qui ædificauit domū
Mat.7 ſuam ſuper harenam, & deſcēdit pluuia (carnalis uoluptatis) & uenerunt flumina (terrenæ cupiditatis) & flauerunt uenti (ſuperbiæ & ambitionis) & irruerunt in domū illam, & cecidit & fuit ruina eius magna? Nā & ſi fuit ſcopis diſcuſſionum a uitiorum ſtoria, ſuperficietenus mūdata fideq; ornata, quia tamen eam ſpiritus immundus uacantem a bono reperit opere ingredit̃ & poſſeſſor efficitur. Fidem aūt infuſam in tali remanere domo ſatis intelligere dat ſanctus Iacobus, qui eam non omnino extinctam, non in nihilum redactam, ſed mortuam teſtat̃, forma uidelicet, & uirtutū uita, charitate charen-
Rom.11 tem, ſine pœnitētia enim ſunt dona dei, quæ ſua bonitate conſeruat, quamdiu per hominem aliquid non inducitur repugnans, Fidei autem non repugnat peccatū quodlibet mortale, ſed infidelitas. Eſtq; a charitate ſe-
1.Cor.13 parabilis, ſicut in patria ſic & in uia. Adſtipulatur ſanctus Paulus, inquiens, Et ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam charitatem aūt non habuero, nihil ſum.

Conſectarium tertiū.

Igitur fides quanquā ſit in eccleſiaſticis ſacramentis neceſſaria,quia ſunt fidei ſigna,& ad fidem exercitandam inſtituta, non tamē ſola in omni ſufficit perceptione ſacramentorum.Et (ut de his explicatior habeat tractatus) cū quadruplex in antecedentibus elucidatus ſit cultus diuinus, poſſunt eidem quaternario non inconcinne quadrari quatuor prima ſacramenta, fidelibus omnibus cōmunia ſecundū appropriationem quandam, non præciſionem, Vt, baptiſmus reſpondeat fidei, Confirmatio ſpei, Euchariſtia charitati dei, adcontemplationem eleuanti, & deo uiuenti, pœnitentia dilectioni ſuĩpſius & proximi,qua delinquit crebrius Siquidem baptiſmus cū ſit porta,in eccleſiam additū pandens, ſpeciali quodam modo fidem ſibi uendicat unionis, nempe ingreſſuri ad caput Chriſtum, & coherentiæ, ad alia membra ſignum eſt certiſſimū,Nam per ipſum incorporamur Chriſto, & fidelibus cunctis concorporamur. Etenim(teſte Paulo) in uno ſpiritu omnes nos in unum 1.Cor. 12
corpus baptiſati ſumus,&omnes in uno ſpiritu pōtati ſumus. Ipſum enim Chriſtū dedit deus pater caput ſuper omnem eccleſiā, Eph.1
quæ eſt corpus ipſius. Sicut aūt in uno cor- Rom.12

pore multa membra habemus, omnia au-
tem membra non eundem actum habent,
Ita multi unũ corpus ſumus in Chriſto, ſin-
2.Cor.12. guli aũt alter alterius membra, ut nõ ſit ſchi
ſma in corpore,ſed in ipſum pro inuicem ſo
licita ſint membra. Vnde per hanc in Chri-
ſtum incorporationem,perfecte cum Chri-
ſto uitijs & mundo morimur, Vt non ſer-
Rom.6 uauimus ultra peccato,&conreſurgimus ut
Colo.2 in nouitatæ uitę ambulemus, ipſumq; Chri
Rom.8 ſtum plene induimus, ac ſpiritu eius uege-
tamur (Qui enim ſpiritum Chriſti non ha-
bet,hic non eſt eius) Nec non omnium bo-
norum cum ipſo cõmunionem accipimus,
quia aũt baptiſmus ſua uirtute & inſtitutio-
ne peccatum expungit originale(quod quã
uis per contractionem ſit homini factũ pro
prium)alieno, tamẽ ſcilicet parentũ actu,cõ
miſſum eſt ſibi alienũ, Ideo neceſſaria eſt fi-
des,Et aliena quidem ſcilicet parentũ ſuccur
rit paruulo,propriũ fidei actum habere non
potenti. Ne minor reluceat miſericordia in
ſaluando,quã iuſtitia in damnando, Exigit
nihilominus in adulto uſum rationis habẽ-
te,baptizando diſplicentia, de peccato, &
cum fide uera uoluntas ſuſcipiendi ſacramẽ
tum: Non diſpari modo ſentiendum eſt, &
de cõfirmatione reſpectu paruulum & adul

ti. In qua fides cumulatiorem meretur gratiam, ut perfectius temporalibus contemptis & efficatius ſathana ſuppeditato, uirtuoſius per ſpem ad æterna ſurſum feratur. Porro Euchariſtia pro ſui ſuſceptione idonea, expetit ampliora, Quia enim ſacramentū eſt unitatis (ipſo ſaluatore teſte, Qui manducat carnem meā, & bibit ſanguinē meum in me manet & ego in eo, & S. Paulo, Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus) expetit charitatem, Panis ſiquidem eſt filiorū, nō mittendus canibus. Nec poſſumus menſę dñi participes eſſe, & menſæ dęmoniorū, Proinde quia cib9 eſt nō uentris ſed mentis, exigit ſtomachū mentis uacuū per perfectam ſuīpſius exinanitionem, quæ fit per fundamentalē humilitatē, Quæ quanto fuerit profundior, tanto ipſū ſuſcipientē uberioris fructus efficit capaciorē, Quia prętereca cibus eſt uitalis, oīm membrorū totius corporis uegetatiuus, nutritiuus, augmentatiuus, & impinguatiuus, expetit feruorem deuotionis decoquentem, Et humorem gratiæ decoctum, ad ſingula membra, ſingulas ſcilicet uires, deferentem In calido quippe & humido uita conſiſtit, Quæ ſi communicans nō ſenſerit,

Ioan. 6

1. Cor. 10

Mat. 15

1. Cor. 10

ſtudeat aridum cor Ieſu rigare ſanguine, per paſſionis ipſius ſtudioſam ruminationem, & ipſum frigidũ maxima dei charitate qua ſe hoc modo dedit inflammare. Vnde ipſe
Luc.22 ait, hoc facite in meam cõmemorationem,
Ioan.3 Et in Iohanne legitur, Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum ſuum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat ui-
Ephe.2 tam æternam. Et S. Paulus. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuã qua dilexit nos, & cũ eſſemus mortui peccatis cõuiuificauit nos in Chriſto, de quo charitatis exceſſu Moſes & Helyas, lex
Luc.9 & prophetæ uiſi in maieſtate diuinæ bonitatis loquebant̃ cum Ieſu, in monte transfigurationis. Intenta etenim & ſedula horum recordatio, cum gratiarum actione, cor mira immutat uirtute, Sicut ex ſilice duriſſimo adferri cõcuſſionem erumpunt ſcintille, unde maximus accendit̃ ignis. Præterea pœnitentia quia ſacramentum eſt reconciliationis pro peccatis, non contractis aliunde ſed proprijs, ſiue commiſſione, ſiue obmiſſione perpetratis, primo omniũ exigit fidem æternæ ueritati ueniam promittenti concedendam, Secundum tamen ſacræ ſcripturæ regulam & doctrinam, præter quam ueniæ p̃dicatio & expectatio nõ uera fieret fide, ſed

fallaci & ſuperſtitioſa, De qua ſanctus Hiere- mias ait, A propheta uſq; ad ſacerdotem cũ cti faciunt dolum, Et, curabant contritionẽ filię populi mei, cũ ignominia dicentes, pax pax cum non eſt pax. Vnde ſi quis ad hoc accederet ſacramentũ non credens ueniam conſequi & iuſtificari, damnabiliter accede ret. Nam talis incredulitas oritur, aut ex p̄miſſi diuini diffidentia, Et ſic facit deũ men dacem. Aut ex uoluntate peruerſa, qua non pœnitet de præteritis, nec propoſitum habet bonũ pro futuro, Et ſic irriſor, & nõ pœ nitens. Nec tamen quælibet de peccatorum remiſſione fluctuatio uel dubitatio in hoc ſa cramento facit accedentem damnabilem, quia non quæq; ex diuinæ ueritatis & promiſſionis oritur diffidentia, aut uoluntate mala, poteſt enim oriri nonnunquã ex fide puſilla, Equidem contingit aliquando, aliquem deuotum, compunctũ, bonæ uoluntatis, nimis tamen puſillanimem & timidũ ad hoc accedere ſacramentũ, ea quæ ad ſacramentũ pertinent, explere & abſolui, nihil ominus circa libertatẽ a peccatis fluctuare, ſtante in eo, fide certiſſima de ueritate promiſſionis diuinæ, Nam quis fideliũ de hoc hæſitabit quin deus in promiſſis ſit uerax, & potens ac uolens ea implere, Num tali ne-

Hiere. 6

F

gabimus ſalutē? Et ipſū damnabiliter ſuſce-
piſſe pronūciabimus ſacramentū? Et nō po
1. Tim. 5 tius ſancti Pauli hortatu cōſolari debemus
Eſa. 25 puſillanimes & ſuſcipere infirmos, Eiſq; di-
Eſa. 42 cere illud Eſaiæ. Puſillanimes confortami-
ni & nolite timere, ecce deus noſter ipſe ueni
et & ſaluabit nos, De quo & in alio loco di-
cit. Calamum quaſſatū non conteret, & li-
num fumigans non extinguet. Sed dices,
Mat. 12 Si talis de diuinæ promiſſionis ueritate, di-
ſcredit minime, quid ergo cauſę eſt, q̄d flu-
ctuat de peccatorum remiſſione? Cur non
confeſtim ſuſcepto ſacramento, conſcienti-
am aſſequitur ſerenam, & lætā, tranquillam
& quietā? Duplicem huius titubationis tibi
aſſignabo rationem. Prima eſt ſcrupuloſa
ipſius conſcientia, qua formidat ne nō bene
acceſſerit, aut non omnia ad ſacramentum
pertinentia rite expleuerit, Et talis eſt puſilla
nimis in conſcientia, qui tamen ob id nō eſt
reprobandus, ſed confortandus, ſed dulci-
ter infirmandus, ꝙ ſacramenti efficatia, non
ſuæ innititur idoneitati, quin potius diuinę
ueritati, promiſſum implenti, & immenſæ
ſuæ bonitati, noſtrę fragilitati cōdeſcenden
ti, Dū tamen, homo bona fide ea quæ ad ſa-
cramenti ſuſceptionē ſpectant, faciat, & ni-
hil ex contemptu prætermittat. Alia cauſa

eſt, Fides ſuſcipientis puſilla. Inueniens quē piam certiſſima fide, deum in promiſſis ſuis eſſe ueraciſſimū, credentem. Nec in huius ſacramenti ſuſceptione, ſuper ſuam diſpoſitionem & pręparationem, ſed ſuper diuinā bonitatem ſe fundantem. Nec tamen poſt ſacramenti ſuſceptionem, lætam & ſerenā habere conſcientiam, pacatum cor, & trāquillū ānimū pōt, quia puſillā habet fidē, puſillā charitatē. Cum enim pax & gaudiū fructus ſint ſpiritus, ex fide & charitate erumpentes ſi puſilla fuerit fides, & paruula charitas, cōſequens eſt ꝙ & effectus huiuſmodi erunt puſilli. Nec tamen ſine fide, etiam circa hunc effectū, tales eſſe cenſebimus, Nam & paruula fides, fides eſt. Manuductionem huius ſumamus ex Euangelio, In Marco ſcribitur de patre pueri ſpiritum mutū habentis, petente a domino eius curationem, Cui dominus Ieſus, Si potes credere, oīa poſſibilia ſunt credenti. Et ille exclamans cum lachrymis aiebat. Credo domine, Adiuua incredulitatem meam. Ecce fatetur ſe credentem & incredulum, quia puſillam habuit fidem. Simile legitur de S. Petrō ambulante ex fide ſuper aquas, iubente domino, uidens aūt uentum ualidum, timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens, domine ſaluū me fac. Et ait illi

Gal. 5

Mar. 9

Mat. 14

dominus, Modicę fidei, quare dubitaſti? Ecce Petrus (teſte ſaluatore) fidem habuit, & ſi modicam, & tamen dubitauit, Nimirū, Fi-
Rom.12 des donū dei eſt, & unicuiq; datur ſecundū menſuram. Aliā tibi trado ex tuo proprio iudicio manuductionem. En ſaluator benedictus, cunctis promittit fidelibus, etiā ſub
Mat.17 iuramenti aſſeueratione. Amen dico uobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit, Et nihil erit uobis impoſſibile, Et dicetis huic
Luc.17 arbori moro, eradicare & tranſplantare in mare & obediet uobis. Et alio loco, Amen amē dico uobis, qui credit in me, opera quę
Ioan.14 ego facio, & ipſe faciet, & maiora horū faciet. Quid impedimenti eſt, q hæc uel ſimilia miracula non facis, etiam pro qualibet cauſa iuſtiſſima? Quid reſpondebis mi lector? Num hæſitas de diuinæ aſſertionis ueritate aut impletionis fidelitate? dices, Minime; Quid ergo? Nunquid idem aſſertor hic & ibi, Et ſub iuramenti pollicitatione, Et ſine omni adiecta conditione? Reſpondebis. Aſſentior, ſed fides mea non eſt tanta, ut hæc faciam. En propoſitū elicio ex tuo reſponſo, Ob hoc oramus cum Apoſtolis. Domine adauge nobis fidem. Permittit nihilominus dominus nonnunquā trepidationem hu-

iuſmodi remanere etiam poſt abſolutionẽ, & peccatorũ remiſſionem, ad humiliationẽ ad purgationem, ad ſedulam bonorũ operum proſecutionẽ. Et ut timor dei nunquã de corde diſcedat. Hoc idem & de orationibus noſtris eſt ſentiendum, De quarũ exauditione certiſſimas habemus promiſſiones, dicente domino, Amen amen dico uobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis, petite & accipietis, Et omnia quæcũq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis. Accidit tamen plerunq; oranti de exauditione fluctuatio, quę quidẽ fidẽ circa hunc etiam actũ non euacuat, Sed puſillam commonſtrat, Vnde S. Iacobus qui ait, poſtulat in fide nihil hæſitet, qui enĩ hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a uento mouet̃ & circumfertur. Non ergo æſtimet homo ille ꝙ accipiat aliquid a domino. non de omni hæſitatione eſt intelligendus, quia non ea quæ exoritur fide puſilla, ſed de ea quæ naſcit̃ ex diffidentia, ſicuti circũſtantiæ indicant literæ.

Ioan. 19
Mat. 7
Mar. 11
Iaco. 1

Conſectarium quartum.

Igitur ſalubriter prædicat̃ & prędicari debet, non ſolum fidei fundamentũ, ſed & iuſtitia operum, non quidem præuenientium fidei, ſed ex ea prodeuntiũ & emanatorum.

Eccle.9 Et ad illã fideles inſtantius ſunt inducendi,
Phil.2 iuxta ſapientis doctrinam. Quodcũq; facere
re poteſt manus tua, inſtanter operare. Et S.
Pau. exhortationem. Cũ metu & tremore ſa
Gal.6 lutem ueſtram operemini. Et alio loco, Quę
ſeminauerit homo, hæc & metet. Bonum
aũt facientes, nõ deficiamus, tempore enim
ſuo metemus, non deficientes. Ergo dum
tempus habemus operemur bonũ. Venit
Ioan.9 enim nox, qñ nemo poterit operari. Nã &
ſaluator noſter opera bona ſuum uocat ci-
bum, dicens, Meus cibus eſt ut faciam uolũ
tatem eius qui me miſit, ut perficiam opus
Ioan.4 eius. Vnde ſicut ad duo principaliter, & ſum
marie tendit utriuſq; inſtrumenti pagina, ui
delicet, ad ueram dei cognitionem, & ſynce
ram diuinæ uoluntatis impletionem. Et pri
mum quidem aſſequimur per fidem, ſecun-
dum uero per operationem. Sic hæc duo
principaliter ſunt fidelibus ſalutari inculcan
da doctrina, & hoc per explanationes ſacræ
ſcripturæ literales, manuductiones natura-
les, perſuaſiones rationales, inductiones ex
hiſtorijs & ſanctorũ legendis exemplares,
& interpretationes myſticas & morales,
Nam & ſacra ſcriptura, & doctores ſancti
hos habent in uſu modos, ad plantandam
in cordibus fidelium ſcientiã ſalutarem, ſe-

cundum tamẽ audientiũ capacitatem, Neq̃ enim omnia omnibus ſunt proponẽda, q̃a nec ſanæ doctrinæ, contemptoribus ſancta, Secundũ illud Saluatoris, Nolite ſanctũ da re canibus. Neq̃ mittatis margaritas ueſtras ante porcos, nec imp̃fectis & rudibus ardua fidei, & ſacrę ſcripturę profunda. Exemplo S. Pauli ſcribentis ad Corinth. Ego fratres non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanq̃ paruulis in Chriſto lac uobis potũ dedi, non eſcam. Et ad Hebræ. Facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Perfectorũ autẽ ſolidus eſt cibus eorũ, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni & mali. & S. Petri, Sicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem. Ipſe nihilominus ſanctus Paulus inter perfectos loquebatur ſapientiam. Vnde quo ad hoc uerum eſt dictum, quod alia ſunt populo inuulganda, alia perfectis & in ſcripturis exercitatis cõferenda. Diuerſa inquam, non aduerſa uel inter ſe repugnantia. In quibus omnibus Sancti Pauli ſententia inconcuſſe eſt obſeruanda, Vt nihil ad contentionem, nihil ad æmulationem ſiniſtram, nihil ad ambitionem uel aliorum confuſionem, ſed oĩa fiant

Mat. 7 · 1. Cor. 3 · Heb. 5 · 1. Pet. 2 · 1. Cor. 14

ad ędificationem. Siquidem & poteſtas hęc
2. Cor.10 apoſtolica & hierarchica a domino eſt in ę-
dificationem & non in deſtructionem data.
neq; enim ſcriptura ſacra rudibus & carnali
bus crude eſt tradenda. frangendus eſt par-
uulis nucleus. Cibus eſt mentis qui ut auidi
us capiatur, condimentis quibuſdam eſt de
coquendus, Salua tamen ſua propria uirtu-
te & natura, Sic ſtabularius duos a ſamarita
nō recepit denarios, duo teſtamenta cū pro
Luc.10 miſſiōe ſolutionis quicquid ſupererogaret.
Iuſtitia itaq; Euangelica, tanquā arbor pro-
ceriſſima, radicatur in ſolidiſſimam & fœcun
diſſ. terram uiuentiū, Chriſtum, per fidem,
Exurgit in ſublime per ſpem, uiret per grati
am gratumfacientem, producit flores per
exemplarem uitam, germinat uirentia folia
ad ſanitatem gentiū, per ſanam doctrinam,
Apo.22 erumpit in fructus per ſancta opera, qui de-
coquuntur & maturantur per charitatis ar-
dorē. cuiuſmodi fuit in Metaphora arbor a
Nabuchodonoſor per ſomniū conſpecta,
Dan.4 De qua in Daniele dicitur, Videbam, & ęcce
arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia
magna arbor eſt, fortis, & proceritas eius
cōtingens cœlum. Aſpectus illius erat, uſq;
ad terminos uniuerſæ terræ, folia eius pul-
cherrima, & fructus eius nimius, & eſca uni

uerſorum in ea, Subter eam habitabant animalia & beſtiæ. Et in ramis eius conuerſabantur uolucres cœli, & ex ea ueſcebatur omnis caro. Fuiſſet mi lector, in horum dilucidatione aliqualiter inſudandum, ſi alia noua in caſtris non interceſſiſſet turbatio. Vnde intermiſſo hoc opere, ad ſeditioſos compeſcendos pergamus.

CONATVS TERTIVS.

AVſculta perſpicax lector, qd inter ſe conquirant, & renarra, Illo propius ad eos accedente & cauſam explorante tandem rediịt dicens, de bonis operibus noſtris, grauis eſt ſuborta contentio, in tantũ ꝙ & hæreſeos crimine mutuo ſeſe cruentẽt, nam una pars omnem noſtram ſugillare uidetur iuſtitiam, Omnibus operibus noſtris quantumcũqꝫ iuſtis, ineſſe affirmans peccatum, Altera nihilominus parte plenis repugnante uiribus. Ad quem ego, Operæpretium eſt ſolertius hanc diſcutere materiã. Nã prima fronte durus hic uidet̃ ſermo, Vnde quid fundamenti ueritatiſqꝫ habeat exploratu digniſſimũ uidetur. Primũ autem (cũ cõtradictio plurima hic ſit) utriqꝫ parti, ut oportet & expedit, aures accõmodemus. De-

in,meritis utriuſq; partis,examinatione ma
tura, libratis, nõnulla tentemus media,ſi q̃
modo ipſas partes in eorũ inducere conſen
ſum poſſemus, quo accedente, pax cunctis
optata mortalibus inter eos in hac materia
(deo auſpice)reſtituat.

Aſtat pars prima, fortis & animoſa armis
ſacræ ſcripturæ munita, & de pharetra ſua,
ſpicula producit aculeata,non facili obice re
pulſum paſſura. Et primo quidem,extento
Eccle. 7 arcu ſagittam carpit ex eccleſiaſtice. Nõ eſt
homo iuſtus in terra, qui faciat bona & nõ
peccet. Subminiſtrat aliam & hanc acutiſſi-
Eſa.64. mam Eſaias inquiens, Ecce tu iratus es &
peccamus,in ipſis fuimus ſemper, & ſalua-
bimur, Et facti ſumus ut immundi omnes
nos, & quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ
iuſtitiæ noſtræ. Adminiculat propheta in
Pſal.142 pſal. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo
dñe,quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo
Pſal.79 omnis uiuens. Et alibi, Domine deus exer-
cituum, quouſq; iraſceris ſuper orationem
Iob.9 ſerui tui. Accedit ſanctus Iob, Si lotus fuero
quaſi aquis niuium, & fulſerint uelut mun-
diſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intin
Eodẽ.ca. ges me. Idem, Verebar omnia opera mea
Eodẽ ca. ſciens, non parceres delinquenti. Idem, Si
iuſtificare me uoluero,os meum condemna

bit me. Si innocentem oſtendero, prauũ me
comprobabit. Erumpit iterato pſalmiſta, O Pſal. 13
mnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſũt,
non eſt qui faciat bonũ, non eſt uſq; ad unũ.
Item Salomon, Non eſt homo qui non pec 3. Reg. 8
cet. Ex nouo inſtrumẽto aduehitur ſanctus
Paulus, inquiens, Caro concupiſcit aduer- Gal. 5
ſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem,
hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut non
quæcũq; uultis, illa faciatis. Adſtipulat̃ ſan 1. Ioan. 1
ctus Iohañes in ſua canonica, Si dixerimus
quoniam peccatũ non habemus, ipſi nos ſe
ducimus & ueritas in nobis non eſt. En le-
ctor mi, audis, quanta aduerſus partem cõ-
trariam dicãt teſtimonia, nec locus patebit
diffugij, per comparationem ad diuinam iu
ſtitiam, Nam quæ finiti ad infinitũ propor-
tio? Quod enim ſaluator ait, Eſtote perfecti Mat. 5
ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt, imi-
tationis mandatũ eſt non cõparationis. Ve
re ſcio (inquit Iob) quod non iuſtificet̃ ho- Iob. 6
mo compoſitus deo. Verumtamen audire
oportet & alteram partem, ne indigeſtũ euo
matur iudicium.

Accedit & altera pars, Arcuiq; extento ſa
gittas ſuperponit, potentis acutas, nõ in caſ
ſum iaciendas, harum prima ex Dauidica ꝓ
ducit pharetra, Probaſti dñe cor meum, & Pſal. 16

Pſal.25 uiſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Et in alio loco. Iudica me domine, quoniam in innocentia mea
Iob.13. ingreſſus ſum. Sanctus quoque Iob ait, Si
Iob.27. fuero iudicatus, ſcio, quod iuſtus inueniar. Et iterum, Iuſtificationem meã, quam cœpi nõ deſeram. Neq; enim reprehendit me cor meum, in omni uita mea. Cooperatus. Pau-
2.Tim.4 lus ad Timo. inquiens, Bonum certamẽ certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, In reliq̃ repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Hæc aũt non uidentur uerificari poſſe de peccatis. Si ergo S. Paulus in oĩbus operibus ſuis peccauit, quomodo iactat ſe de bono certamine, Quomodo præſtolat̃ coronam iuſtitiæ, peccatis quippe pœna debetur, nõ corona? Idem induci poteſt de omnibus ſacræ ſcripturæ promiſſionibus, pro operibus iuſtitiæ reddendis. Audiuimus candide lector partes, miſſilia iactata luſtrauimus, accurramus uiſuri quæ pars ſauciata quæ ue ueritatis ſcuto circũdata his læſa ſit minime, an forte ambæ cruentæ, neutra pręfato undiq; cincta ſcuto, nullaq; earum uictrix diſceſſerit ex harena. Cum aũt luctamẽ ſit de peccato, & iuſtitia nõ inconſonæ mentis noſtræ obtutus ad utriuſq; originem eſt

reducendus, Neq; enim extrariũ cenſebitur materiæ, ſi ſtatus hominis ueſtigeť hominis primordialis, & quid homo ex natura, qd-ue ex gratia acceperit; quid proinde incurrerit ex culpa, quid deniq; ex dono conſequutus ſit redemptoris.

INDAGO PRIMA.

Sapientis ſententia eſt, Solummodo hoc inueni, quod fecerit deus hominem rectum hæc rectitudo cum uniuerſalis fuerit totius hominis, bonã implicat omnium uiriũ conſiſtentiam, & tam inter ſe quam ad deũ ordinem debitũ & tranquillum. Ex quibus perfecta reſultabat pax in homine, dum inferiores uires plene ſuperioribus fuerunt ſubiectæ, & ſuperiores uoluntati diuinæ per oĩa conformes, ipſiq; rationi (quæ ad optima deprecať) conſonabant. Vnde in ſtatu iſto humanæ naturę primitus inſtituto, ſpiritus tranquillitate magna contemplabať diuina, perfectam in omni domo ſua poſſidens pacem. Nam & animam & corpus cũ omnĩbus uiribus imperfecta habuit obedientia, nulla ui, nullo ſenſu rebellante, aut turbationem excitante, uel minimam. Dei ſiquidem perfecta ſunt opera, quod dictũ de hac nobiliſſima creatura prædicať ueriſſime. Cũ autẽ talis tantaq; in natura humana concordia, Eccle. 7 Deut. 32

in puris naturalibus conſtituta inueniri nequeat, utpote, quæ ex diuerſis, & diſparatis naturis, corporali uidelicet & ſpirituali conſtituta, diſparatas & cõtrarias habet affectiones & inclinatões, ſpiritu ad ſpiritualia, & ſenſu ad ſenſibilia tendente, cõſequens eſt, ꝙ hæc tanta in homine pax, tranquillitas & oĩum uiriũ conſonantia per donũ dei liberaliter naturæ ſuper additũ ſit effecta, Illas cõtrarias cõcilians partes, totãq; rectificans naturam, nec nõ ad beatitudinem eleuans ſuper naturalẽ. Nam ad ſupernaturam ſufficiebat minime ſine gratia gratũfaciẽte, ſiue hoc donũ fuerit habitus quidam, ſiue actualis influxus, ſiue utrũq; complectens, Adę ſpiritum ad tantam in deũ eleuans contemplationẽ, quantã nullus de lege cõmuni habet pro ſtatu præſenti, quo in deum totis ferebat̃ uiribus, nulla inferiori ui retardante uel retrahente, Vnde & influxus in ipſas inferiores fiebat uires, ex ſuauitate & gaudio ꝙ erat in ſpiritu. Sicut & modo in contemplatiuis, & in deum per amorem transformatis contingit hominibus. In quibus conſolationũ & gaudiorum ubertas in ſpiritu a ſancto ſpiritu ſuſcepta redundat in uires inferiores, & in corpus, ob naturalem eorũ copulam, intantum, ꝙ non modo ſine ulla difficultate,

uerũ quoq; cum iocunditate, oĩa mundi cõtemnũt gaudia, Et, q̃d pluris eſt, mundi ſuauitates cõuertunt in amaritudines, & cõmoda in onera, honores in dolores. Talis fuit S. Paulus, qui ait, Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti &c. Qui & tribulationibus gaudebat, hoc & in pleriſq; reluxit martyribus, in tormẽtis poſitis. Ad hæc ſanctus Iacobus hortatur, Omne gaudium exiſtimate fratres, cum intentiones uarias incideritis. Super omnes Saluator noſter benedictus hoc aſtruit, dicens, Beati eſtis quum maledixerint uobis homines, & perſecuti fuerint uos, & dixerint omne malum aduerſum uos, mentientes propter me, Gaudete in illa die & exultate. Ex tali equidẽ redundantia fit, ut & uires tripudient inferiores, & delectabiliter ſe a proprijs uoluptuoſis retrahant obiectis. Simile quippiam ſenſit propheta, cum ait, Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis. Et alibi, Memoriam abundantiç ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabũt. Et alio in loco, Venite exultemus domino, iubilemus deo ſalutari noſtro &c. Anna quoq; mater Samuelis in ſuo cantico. Exultauit cor meum in domino, & exultatum eſt cornu meum in deo meo. Plenius

Gal. 6

Iaco. 1

Mat. 5

Pſal. 46

Pſal. 144

Pſal. 94

1. Reg. 2

Luc.1 uirgo glorioſa,dum tripudiens ait. Magnifi
cat anima mea dominũ,& exultauit ſpiritus
meus in deo ſalutari meo. Pleniſſime autem
Luc.10 Saluator noſter,de quo ſcribitur. In illa ho-
ra exultauit in ſpiritu ſancto,& dixit. Confi
teor tibi pater ipſe cœli & terræ, quia ab-
ſcondiſti hæc a ſapientibus,& prudentibus
& reuelaſti ea paruulis. Ex hoc nanq; quod
Euangeliſta dicit, In illa hora,clare oſtendit
in Chriſto non ſemper talem fuiſſe redundã
tiam gaudiĳ. Grandis ego fuit illius exulta-
tionis cauſa. Et quæ? Paruulorum illumi-
natio pluſquam ſapientum & prudentum.
Nullus ergo ſibi ſapientiam aut ſcientiam
Iob.32 arroget,alioſq; floccipendat, Sicut Heliu fe
cit. De quo(cũ multa ampuloſa iactitaſſet
uerba de grandi ſua ſapiẽtia,& ſublimia tru-
Iob.38 tinaſſet)audiuit ſanctus Iob, iudicium a do-
mino,Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſer-
Pro.3. monibus imperitis. Vnde ſumma ſapientia
ſumma eſt ſtulticia. Cum ſimplicibus quip-
pe eſt ſermocinatio domini. Sed hæc extra
ria & præter inſtitutũ. Ad propoſitũ regre-
diamur. Erat ergo tota natura primi paren-
tis,in illo innocentiæ ſtatu cũ omnibus po-
tentĳs & uiribus, ueluti organum quoddã
muſicum, bene inſtitutum & artifitioſe fa-
brefactum, in quo omnes cannulæ & inter

ſe, & ad totum bene quadrāt opus, quod artificiali motu agitatū dulciſſimū harmonicum reddit ſonum, Cuius cōſonantia ſi per falſarium ſoluta fuerit & deturbata, nō iam dulcem ſonum, ſed horridum dabit ſtridorem, ipſos etiam canes ad ululatū prouocantem. Pro cuius reparatione & in priſtinū ſtatum reformatione ingēs emergit labor, nec tamen primæ reſtituetur integritati bonitatiq́. Habuit ergo primus parens noſter in ſe paradiſum illū ſpiritualem, corporali incōparabiliter excellentiorem, & quia talis, tantuſq́ fuit in ſpiritu, dignum eum iudicauit deus, cui & hortum conſtitueret uoluptatis mentali conditioni, optime quadrantem, & ad contemplationem aptiſſimū, quo interiori deſerto, exteriorem quoq́ amiſit iuſtiſſime.

INDAGO SECVNDA.

Cum deus benedictus ſupradictam totius humanæ tranquillitatem naturæ omniū uiriū & inter ſe & ad deū conſonantiam primis conceſſerit parentibus, non modo pro ſeipſis, uerū quoq́ pro omni eorū poſteritate, eam per eorum præuaricationem amiſſam, ab ipſis & omnibus eorū poſteris exigit iuſtiſſime, Non quo ad habitū uel donū ſolū in ſe, ſed & quo ad omnes actus & mo

tus ab eorũ potentijs, & uiribus progredie-
tes, qui ſecundũ primeuã inſtitutionem de-
bent eſſe inter ſe, & ad deũ ordinatiſſimi, ac
intrinſeca uirtute perfecti. Siquidẽ arborem
plantans, iuſte ſibi uendicat fructus, & tales
quales in primo flore nata erat producere.
Vides (opinor) perſpicax lector, quorſum
hæc tendant, ad hanc utiq; metam, quod de
us contra hominem iuſtiſſimam fouet litẽ,
illam, rectitudinem, innocentiam, & iuſtiti-
am ab eo, & in ſe & in omnibus actibus &
motibus expectans, quam ſibi in primis cõ
tulit parentibus, Ab organo hoc rationali
dulcẽ audire geſtiens harmoniã, ab arbore
ſua uiua intellectuali ſuaues ſecundũ prime
uam naturã carpere fructus, A ſeruo deniq;
ſuo liberaliſſime dotato, & ditato, fidele, ſe-
dulũ, indefeſſumq; obſequiũ. Quantũcunq;
hoc ſit in prẹſentiarũ ſibi impoſſibile, nam
in hanc impoſſibilitatem ſua ſe propria præ
cipitauit uoluntate, legem ſibi prẹfixam prẹ
uaricando cũ naturam haberet rectiſſimam
Gen. 2 mandatũq; impoſitum leuiſſimũ, De omni
ligno paradiſi comede, De ligno autem ſciẽ
tiæ boni & mali nõ comedas. Sub certẹ pœ
næ taxatione, In quacũq; die comederis ex
eo, morte morieris. Quæ ad animam & cor
pus referẽ, ſecundũ duplicem mortẽ, culpæ

uidelicet & naturæ. Porro mors culpæ mortem q̊ꝗ implicat gehennę, fuit equidē tranſgreſſio illa mortalis, & quo ad damnū naturæ illatū grauiſſima, per eam nāꝗ Adam cū tota ſua poſteritate ſeminaliter ab eo deſcendente, perpetuæ morti fuit addictus, iuſtitia diuina iuſtum decernente iudiciū. Vnde S. Paulus, Per unum hominem peccatum in Rom. 5
hunc mundū intrauit, & per peccatū mors, Et ita in omnes homines mors pertranſit, in quo omnes peccauerunt, Omnes enim peccauerunt & egent gratia dei. Et ad Ephe Ephe. 2
ſios ait, Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Peccatum ergo (q̊d in Adam fuit actuale, & in ſua poſteritate originale) eſt mortale, conſtituens filiū iræ dei, & per conſequēs filium perditionis & gehennæ. Nam omnis qui non inuenietˀ ſcriptus in libro uitæ, mitte- Apo. 20
tˀ in ſtagnū ignis, hæc & ſententia iudicis continet. Quando dicet his quæ a ſiniſtris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum. Mat. 25
Econtra, his qui a dextris erunt. Venite benedicti, nec ullū inter has duas partes medium poſuit, Vnde paruuli in originali peccato decedentes, filij ſunt iræ & damnatōis, & ad congeriem pertinent reproborum, a qua nullus liberatˀ niſi per Ieſum Chriſtū, qui eſt mediator dei & hominū, qui & dedit redē-

ptionem ſemetipſum pro omnibus. Porro
1.Tim.2 ſi filius nos liberauerit, uere liberi erimus,
Ioan.8 Nulla ergo paruulis talibus poſt reſurrectio
nem, & iudiciū ſunt concedenda ſolatia.

INDAGO TERTIA

Vltra mortis triplicis pœnam a deo homini ante lapſum cōminatam, & poſt tranſgreſſionem inflictam, alias etiam adiecit pœnas. Nam (ut in parabola continetur ſaluatoris) miſer homo qui ab Hieruſalem, uiſione pacis, & ſtatu felici deſcendit in Hiericho & incidit in latrones, deſpoliatus eſt, & non una, ſed plagis pluribus impoſitis, ſemiuiuus eſt relictus. In quibus uerbis duplicem intelligimus pœnam, priuatiuam uidelicet & poſitiuam in cōmuni, deſpoliationis & plagationis, quæ quidem inflictæ dicuntur homini a latronibus, dęmonibus incentiuę a deo autem, prima equidē ſubtractiue, dona ſua ob demeritū non conſeruando. Secūda autem poſitiue infligendo, iuxta illud ꝓphetæ, Si eſt malum in ciuitate quod dominus non fecerit, ubi accipitur, ſi pro non. Ex ſententia ſcilicet iuſte infligenda. Nam oīs pœna iuſta, ergo a deo. Pœna priuatiua deſpoliationis, ſubtractionem includit omniū donorum, naturalibus ex diuino munere ſuperadditorum, cuiuſmodi fuit, quo ad intel

Luc.10 — Amos.3 — Pœnæ priuatiuę in Adā

lectū magna illuſtratio, quam Adam nō ex natura in ſe, ſed ex diuino & ſupernaturali accepit & habuit lumine. Ad contemplandum diuina, tanta excellentia, quantā de cō muni lege nullus habuit poſterorū, & quo ad cognitionem diuinorū operum, & naturæ, nam naturas eorū, quæ propter eū facta erant, cognouit, unde & eis nomina impoſuit. Et gratiæ ex reuelatione nempe diuina futura cognouit myſteria, utpote, incarnationis myſterium, Ad hoc miſit dominus ſoporem in Adam, qui non fuit ſomnus com Gen. 2
munis & naturalis, Vnde euigilans ait, Hoc nūc os de oſſibus meis, & caro de carne mea hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro ſūpta eſt, hoc per relationem cognouit. Subdit, quamobrem relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Hoc interpretatus apoſtolus, Ephe. 5
ait, Sacramentum hoc magnū eſt, Ego autē dico, in Chriſto & in eccleſia. quæ quidem intellectus ſui in his illuſtratio, & ſi ſibi non fuerit penitus ablata, fuit tamen in ipſo obſcurata. Peccatum enim eſt quaſi quædam caligo & nebula intellectū obnubilans, quia omnis malus ignorans, Errant enim omnes Sap. 2
qui operant̄ iniquitatē, nam excæcauit eos malitia eorū. Porro a poſteris fuit omnino

ſubtracta, Naſcimur ſiquidem in omnimoda ignorantia, quo ad affectum, Originalis iuſtitia, gratia gratũfaciens, ſibi collata fuit, & multiplex uirtutũ & donorum prærogatiua, quibus a deo dotatus fuit liberaliſſime, Quæ omnia fuerunt ſibi ablata, & relictus eſt ſemiuiuus, quia eſſe naturæ remanſit, ſine eſſe uirtutum & gratiæ. Poſteris aũt, hæ pœnę plenius ſunt inflictę, Quo ad corpus, ſubtracta ſibi eſt immortalitas, nam poterat nõ mori. Cum enim mors cõminata in pœna ſit tranſgreſſionis, conſequens eſt, ſi tranſgreſſus non fuiſſet, eam nõn incurriſſet, Nõ quidem ex naturę conditione, cũ uitam ageret animalem cibis indigentem, ſed ex diuino munere, & diuinæ prouidentiæ præſeruatione: Cæterũ pœnæ poſitiuæ utriq; parenti inflictæ tanquam plagæ, in textu exprimunt. Et mulieris quidem, Multiplicabo ęrumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub uiri poteſtate eris, & ipſe dominabit tui. Adæ uero, quia audiſti uocẽ uxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo, In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ, In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Cõmunis utriq;, Puluis es & in puluerẽ reuerteris, Incineratio uidelicet & e paradiſo, ſine regreſſu, eiectio. Quo notabat, q̧ ad

pœnę poſitiuę primorũ parentũ.

illum felicem ſtatū & perfectum nulli filiorū Adę proſtatu uię pateret aditus, Debitores itaq; ſumus deo, omniū bonorū, quæ in primis accepimus parentibus, eorūq; præuaricatione amiſimus, debitores nihilominus ſumus habendi ea mala, quæ eorū præuaricatione incurrimus, Spiritualia pręcipue, cuiuſmodi eſt ignorantia in mente, concupiſcentia in carne, quæ & per terram intelligi poteſt maledictam. Ex qua ſequitur infirmitas in omni bono opere. Ex his oībus conſtat malitia, quadratura peſſima, & quadriga ad gehennam ducens, quæ mala totā occupant naturam, nam ignorantia rationalē concupiſcentia uim concupiſcibilem, infirmitas iraſcibilem poſſidet. malitia uero ſibi omnes uendicat uires, quibus in nobis præualentibus & dominantibus, nullum elicere poſſumus actum talem, qualem in paradiſo ſine omni difficultate & cum omni iocunditate potuiſſemus, & qualē deus a nobis exigit, ſecundū eam naturæ conditionem quā inſtituit.

Conſectarium primum.

Igitur deus ponderans actus noſtros, in iuſtitiæ ſuæ ſtatera, ſecundū naturam humanam, primitus inſtitutam innocentia decoratā, uirtutibus adornatam, magna in ope-

rando uirtute præditam, ab omni inordina
tione & defectu immunem & extraneam. In
uenit omnes minus habentes, & in ponde-
re, numero & menſura, modo, ſpecie & or-
dine plurimũ deficientes. In pondere quidẽ
ob quantitatis uirtualis defectũ. Modicam
enim homo habet uirtutem, unde gemens
Pſal. 37 ait, Dereliquit me uirtus mea. Nam raſis &
Iudi. 16 ablatis ſeptem floccellis, donis uidelicet ſpi
rituſſancti, a capite. i. mente primi hominis,
receſſit ab eo, & omni ſua poſteritate forti-
tudo. In numero proinde ob diſcretionis, &
ſapientiæ defectũ. In menſura nihilominus
perfectionalis bonitatis, in modo inſuper
circũſtantionalis integritatis. In ſpecie præ
terea mundę uenuſtatis. in ordine deniq; ad
deũ puriſſimæ in ipſum relationis. Nimirũ
uis rationalis a claro lumine quo prædita
erat, eſt obfuſcata. Iraſcibilis a fortitudine
ſua eneruata. Concupiſcibilis per carnis cõ-
cupiſcentiam ad ima depreſſa, Vis executi-
ua ab omni eſt iuſtitiæ lege deſtituta. Vnde
tota natura ſubuerſa & deprauata, ad elicien
dum actus naturæ inſtitutæ aſſurgere ualet
minime, quantumcũq; etiam per gratiam,
uirtutes & ſpirituſſancti dona repararetur.
Nam per hæc quidem reſtauratᷣ ad ſalutem,
non aũt ad primordialis ſtatus libertatem,

Duplex itaqꝫ omnibus actibus noſtris, & intellectualibus & affectualibus & executiuis ineſt uitiũ, etiam noſtris iuſtitijs, Vnũ priuatiue utpote, quia in ſtatera diuinę iuſtitię minus habentes inueniunt, iuxta prædicta, Aliud poſitiue, ſiquidem amor priuatus, quem ad ſeipſum gerit ſpiritus humanus, ad carnẽ quoqꝫ & quampiam rem aliam creatã, noſtræ naturæ deſtitutæ adeo inhæret tenaciſſime, ꝙ nunquã elicit actum ita puriſſime & integerrime in deum, propter ſeipſum ut ſũmum bonũ, relatum & tendentem, quin aliquid concurrat de prędicto priuato amore. Siue quo ad præſentem refuſionem reſpectu alicuius commodi, uel delectationis, aut gloriæ temporalis, ſiue quo ad æternam remunerationem, talis equidem puriſſima & integerrima in deum tendentia, omnimodam exigit ſuijpſius, quo ad carnem & ſpiritum mortificationem & abnegationem. Et ut nec ſeipſum, nec ullam amet rem creatam niſi ſimpliciter & pure in deo & propter deum, nec præter deum aut extra deum aliqd quærat. Hic eſt noſtræ directionis & intentionis ſcopus, hæc noſtræ perfectionis meta, hæc omniũ actuum noſtrorũ metrum, a quo quanto abſumus longius, tanto remotiores a noſtra ſumus perfectione. In hoc ſta

Vitiũ duplex in actib9 noſtris.

Abnegatio ſui neceſſaria

tu diuinũ & principale illud perfecte imple-
Mat.22 tur præceptum, Diliges dominũ deũ tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex
tota mente tua, ex oĩbus uiribus tuis. Ad
Sap. 9 quē, quia in corpore mortali quod agrauat
aĩam pertingere ualemus minime, cõuenit
nobis per profundã humilitatem, & defe-
ctuũ noſtrorũ recognitionem & confeſſio-
nem ſynceriſſimã noſtram ſupplere & reſar
Pſal.138 cire imperfectionē, dicendo cũ Pſalmi. Imp
Dan.3 fectum meũ uiderunt oculi tui. Et cũ Danie-
le orando, In ſpiritu humilitatis & in animo
Pſal.59 cõtriti ſuſcipiamur a te dñe, quia cor contri
tum & humiliatũ deus nõ deſpicies. Vnde
quilibet quantũcunq; iuſtus orare debet, Di
Pſal.142 mitte nobis debita noſtra. Et illud Pſal. Nõ
intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo domine, quia
non iuſtificabit in cõſpectu tuo oĩs uiuens.
Secundũ enim hunc intellectum, oẽs iuſti-
tiæ noſtrę ſunt ſicut pannus menſtruatæ. ſic
ꝙ nullus actus de cõmuni lege adeo eſt per-
fectus quin a iuſtitia diuina reprobari poſſit
tanquã minus habens.

Conſectarium ſecundũ.

Igit in oĩ actu noſtro eſt peccatũ & uitium
ꝗ ad actũ in ſe & ad elicientem relatũ, unde
factũ eſt nobis ita cõnaturale, ut ſine pecca-

to eſſe nõ poſſimus, quantumcũq; per ſacra menta purificemur, Saltem ſecundũ aliquã peccati differentiam uel acceptionẽ, Ob id S. Iohan. ait. Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, noſipſos ſeducimus. Vbi uero p̃ſentis temporis & poſſeſſionẽ ſignante utiť, pro cuius profuſiori elucidatiõe multiplex in ſacra ſcriptura notať peccati acceptio. Nã primo accipitur pro concupiſcentia, quæ in carne eſt, Quã ſanctus Paulus legem uocat membrorũ. Legem carnis, legem peccati. Video (inquit) aliam legem in membris me is repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in legem peccati. Nõ enim q̃d uolo bonũ, hoc ago, ſed q̃d odio malũ, illud facio, ſi aũt q̃d nolo illud facio, nõ iam ego operor illud, ſed q̃d habitat in me peccatũ. Igitur ego ipſe mẽte ſeruio legi dei, carne aũt legi peccati. En cõcupiſcentiam uel fomitem carnis, peccatum nuncupat, & ipſum habitare in nobis adſerit. Secundo pro originali peccato, eo intellectu, idem Paulus, inquit. Sicut per unum hominem peccatũ intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt in quo omnes peccauerunt. Tertio pro uitio duplici in omni bono actu, De q̃ ſupra cõſectario primo, propter q̃d quilibet

1. Ioan. 1
Rom. 7
Rom. 5

tu diuinū & principale illud perfecte imple-
Mat.22 tur præceptum, Diliges dominū deū tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex
tota mente tua, ex oībus uiribus tuis. Ad
Sap. 9 quē, quia in corpore mortali quod agrauat
aīam pertingere ualemus minime, cōuenit
nobis per profundā humilitatem, & defe-
ctuū noſtrorū recognitionem & confeſſio-
nem ſynceriſſimā noſtram ſupplere & reſar
Pſal. 138 cire imperfectionē, dicendo cū Pſalmi. Imp
Dan. 3 fectum meū uiderunt oculi tui. Et cū Danie-
le orando, In ſpiritu humilitatis & in animo
Pſal. 59 cōtriti ſuſcipiamur a te dn̄e, quia cor contri
tum & humiliatū deus nō deſpicies. Vnde
quilibet quantūcunq; iuſtus orare debet, Di
Pſal. 142 mitte nobis debita noſtra. Et illud Pſal. Nō
intres in iudiciū cū ſeruo tuo domine, quia
non iuſtificabit in cōſpectu tuo oīs uiuens.
Secundū enim hunc intellectum, oēs iuſti-
tiæ noſtrę ſunt ſicut pannus menſtruatæ. ſic
q; nullus actus de cōmuni lege adeo eſt per-
fectus quin a iuſtitia diuina reprobari poſſit
tanquā minus habens.

Conſectarium ſecundū.

Igit in oī actu noſtro eſt peccatū & uitium
q; ad actū in ſe & ad elicientem relatū, unde
factū eſt nobis ita cōnaturale, ut ſine pecca-

to eſſe nõ poſſimus, quantumcũq; per ſacra menta purificemur, Saltem ſecundũ aliquã peccati differentiam uel acceptionẽ, Ob id S. Iohan. ait. Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, noſipſos ſeducimus. Vbi uero p̃ſentis temporis & poſſeſſionẽ ſignante utit̃, pro cuius profuſiori elucidatiõe multiplex in ſacra ſcriptura notat̃ peccati acceptio. Nã primo accipitur pro concupiſcentia, quæ in carne eſt, Quã ſanctus Paulus legem uocat membrorũ. Legem carnis, legem peccati. Video (inquit) aliam legem in membris me is repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in legem peccati. Nõ enim q̃d uolo bonũ, hoc ago, ſed q̃d odio malũ, illud facio, ſi aũt q̃d nolo illud facio, nõ iam ego operor illud, ſed q̃d habitat in me peccatũ. Igitur ego ipſe mẽte ſeruio legi dei, carne aũt legi peccati. En cõcupiſcentiam uel fomitem carnis, peccatum nuncupat, & ipſum habitare in nobis adſerit. Secundo pro originali peccato, eo intellectu, idem Paulus, inquit. Sicut per unum hominem peccatũ intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt in quo omnes peccauerunt. Tertio pro uitio duplici in omni bono actu, De q̃ ſupra cõſectario primo, propter q̃d quilibet

1. Ioan. 1

Rom. 7

Rom. 5

actus quantūcūq; præcellens peccatū cenſeri a nobis debet pro noſtra humiliatione, ſicut & iudicari ut tale a diuina poteſt iuſtitia, ut ſic omnes oremus, Peccatores te rogamus audi nos. Quo etiam modo dicimus, omnes iuſtitias noſtras eſſe ut pannū menſtruatæ, non unam ſed plures habentem maculas & ſordes. Quarto, pro peccato mortali actuali, ut in Iohanne, Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. nam pro ueniali uel concupiſcentia quæ eſt in carne, nō illa ſeruitus inducitur, de qua ſaluator loquitur, ſubiungit enim, Seruus aūt non manet in domo inæternum, Ergo ſeruitus illa a beatitudinis regno excludit, hoc etiam modo ad quoſdam ait phariſæos, Si cęci eſſetis, non haberetis peccatum, nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatū ueſtrum manet. & alio in loco, Si nō ueniſſem & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Quinto, pro hoſtia, pro peccato, ut Paulus ad Corinth. Eum qui nō nouerat peccatum, deus pro nobis peccatum fecit, hoc eſt hoſtiam, pro peccato, ſcilicet Chriſtum. Simili modo dicit propheta de ſacerdotibus, peccata populi mei comedēt, id eſt, hoſtias pro peccatis. Omnes hæ acceptiones ſub uno complicantur peccati uocabulo, quia omnes illæ differentiæ ex una

Peccatū mortale.

Ioan. 8

Ioan. 9

Ioan. 15

2. Cor. 5

Oſeæ. 4

prodeunt radice, prima uidelicet hominis tranſgreſſione.

Conſectarium tertium.

Igitur uoluntarij plurimũ eſſe debemus ad tolerandũ aduerſa undecũq; obuenientia, quia enim actus noſtri tanta honeſti ſũt imperfectione, complacet deo in paſſionibus noſtris, propter deũ toleratis magis q̃ actionibus, dummodo in eis uoluntati diuinæ ſimus reſignati, non recalcitrantes, uolũtate deliberata, & ſi remurmuret & querelετur ſenſualitas, & ipſe ſenſus naturæ, qui omne diſconueniens refugit. Ad huius fulcimentũ octuplex aſſignetur in præſentiarum perſuaſio. Prima quia in paſſionibus ſiue ab intrinſeco exortis, ſiue ab extrinſeco illatis amplior exigit̃ propriæ reſignatio uoluntatis, & in diuinum beneplacitum captiuatio. Nam omnes tales inferuntur nobis, nõ modo deo permittente (qua ſuſpitione laboramus crebro) ſed & uolente & complacente, undecũq; eueniant, Etiam ſi dedita opera accidant, iuxta dictũ prophetæ Amos, Si eſt malum in ciuitate, quod dominus non fecerit, ut ſupra allegatum eſt. unde ſuſcipiendæ ſunt a deo tanquã ſpeciale diuinę dignatõis munus, nam ſolis electis xenium hoc ſolet tranſmittere. Sic ſancti Apoſtoli ibant gau-

Tolerãda aduerſa

Amos. 3

Act. 5

dentes a cõſpectu cõcilij, quoniã digni habi
ti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliã pati. Sic
gloriabatur ſanctus Paulus in infirmitati-
2.Cor.12 bus ſuis, ut inhabitaret in eo uirtus Chriſti.
Rom.5 Gloriabatur & in tribulationibus, ſciens ꝙ
tribulatio patientiam operatur, patientia
autem probationem, probatio uero ſpem,
Gal.5 ſpes autem non confundit. Secunda, quia
caro (quæ ſemper ſpiritui rebellat & aduer-
ſus ſpiritum concupiſcit) per eas mortifica-
tur, mactatur, crucifigitur, & in ſeruitutem
Gal.6 ſpiritus redigit. Vnde idem Paulus ait, Mi-
hi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini
noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus
Gal.5 crucifixus eſt, & ego mundo. Qui enim ſũt
Chriſti carnẽ ſuã crucifixerunt, cũ uitijs &
cõcupiſcẽtijs. Tertia, quia per eas homo de
bitam pro peccatis ſuis recipit talionem, ſe-
Deut.25 cundũ illud Deut. Pro menſura delicti, erit
Apo.18 & plagarũ modus. Et Apoca. Quantum ſe
glorificauit & in delitijs fuit, tantũ date illi
tormentũ & luctum. Quarta, quia minus ha
bent de proprio, Quicquid enim ex pro-
prio procedit motu & affectu, quantũcunꝗ
bonũ uideat iuſtum & ſanctum, non eſt ſine
priuati amoris ſuſpitione, qui latentiſſime
in omnibus noſtris ſerpit actibus, in tantũ
ut uix ab eleuatiſſimis deprehendi ualeat

mentibus, quando intentio noſtra in acti-
bus noſtris ſit ab hoc amore uenenato im-
munis, & in deū pura, nō ſic in paſſionibus,
Quinta, quia ſcaphā cordis noſtri pręcedūt
a præſentis ſeculi littore quo hæret tenaciſ-
ſimæ, ſuaq; amaritudine ab uberibus abla- Eccle. 7
ctant paruulos. Vnde Salomon, Melius eſt
ire ad domū luctus, quā ad domū cōuiuij.
Rationē ſubnectit, In illa enim finis cuncto-
rum admonet hominum, Et uiuens homo Eccle. 2
cogitat quid futurū ſit, Ideo riſum reputa-
ui errorem & gaudio dixi, cur fruſtra deci-
pis? Sexta, quia cumulatiorē adducunt gra
tiam & uirtutes, hoc modo ſanctus Paulus 2. Cor. 2.
ait, Cum infirmior, tunc potens ſum. Nā uir Iaco. 1
tus in infirmitate perficit. Et S. Iacobus, O-
mne gaudium exiſtimate fratres, cū in tenta
tiones uarias incideritis, ſcientes, q; proba-
tio fidei ueſtræ patientiam operatur, Patien
tia autem opus perfectum habet. In patien- Luc. 21
tia enim ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.
Septima, quia deum habent adiutorem, &
ipſum reddunt homini familiarem. Vnde
pſalmiſta, Cū ipſo ſum in tribulatiōe (ait do
minus) Qui & de Paulo ad Ananiam ait,
Ego oſtendā ei, quanta oporteat eū pro no
mine meo pati. Non ait, agere, cum tamen
abundantius omnibus laborauerit, ſed pati

Octaua, quia Chriſto & omnibus ſanctis cõformant. Per uiam nempe crucis tanquam per ſcalam unicam a terra uſq; ad deũ pertingentem (qui eidem innititur) aſcenderunt, & regna tenent cœleſtia. Nam & Chriſtum oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuã.

Tres cruces. Tres ergo tibi præſtituunt cruces, Vna eſt Chriſti, quam baiulant perfecti, Alia Latronis dextri, ſub qua incuruantur imperfecti, peccata confitentes fideliter, & dicentes, digna factis recipimus, Tertia latronis ſiniſtri quam uolenti animo portant peruerſi, ad regna proficiſcentes tartarea, In quibus conſtituti dicunt,

Sap. 5 Laſſati ſumus, in uia iniquitatis, & perditionis, ambulauimus uias difficiles. Elige quam malueris; ſed hæc præter inſtitutum.

INDAGO QVARTA.

Deus benedictus, ſicut in æterna ſapientia & bonitate, mundũ in eſſe producere diſpoſuit per uerbum ſuum incarnatũ, & ſpecialiter naturam intellectualem creatam tanquam principaliter intentam, ſic eã ſibi gratificare decreuit, in electis ſuppoſitis per uerbum incarnatum, Siquidem æterno ſuo ordinauit conſilio naturam ſibi humanam in

Heb. 2 perſona filij copulare, qa nuſq; angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit

unione hypoſtatica, qua tantum eſt glorifi-
cata, ut amplioris gloriæ capax non fuerit,
ſuper angelicam quoq; exaltata naturam, ut
quod deerat naturæ, ſuppleret gratia, ut, ſic
nulla creatura glorieť de naturali dignitate
ſua, hanc quoq; naturam ſuppoſitaliter ſi-
bi copulandam in tantum dilexit, quod de
creuit nullum ſuppoſitum angelicũ uel hu-
manum beatificare niſi mediante illa, ut per
hoc honoretur & glorificeť ab omni creatu
ra. Nam & tali honore dignus eſt, quem rex Heſter. 6
ſic uoluerit honorare, Hoc ex S. Pauli fulciť Coll. 1
documento, ad Colo. inquientis, Ipſe eſt cã
put corporis eccleſiæ, qui eſt principiũ pri-
mogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus i-
pſe primatũ tenens, quia in ipſo placuit o-
mnem plenitudinem inhabitare & per eum
reconciliari omnia in ipſum, pacificans per
ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſi-
ue quæ in cœlis ſunt. Angeli aũt ſancti ad
corpus ſpectant eccleſię triumphantis, neq;
enim duo corpora electorũ erunt in cœlis
angelorũ & hominũ, ſed unum omniũ bea-
torum. Hoc lucidius in eadem epiſtola ſan-
ctus Paulus explicat, In ipſo inhabitat oĩs Colo. 2
plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis
in illo repleti, qui eſt caput omnis principa-
tus & poteſtatis. Alioquin Chriſtus ſecun- Chriſtus caput.

dū humanitatem nihil ad ſanctos pertineret Angelos, nec ad aliquā ei tenerent̄ gratitudinem. Habet aūt caput reſpectu corporis, tres conditiones Chriſto conuenientes, præeminentiæ uidelicet, influentiæ, & naturalis cōuenientiæ, nā & corpori præeminet in ipſum influit, & eiuſdem eſt cū ipſo naturæ. Hoc tertio modo caput eſt ſolūmodo hominū quorū aſſumpſit naturam. Primis aūt duobus modis etiam angelorū, quibus in natura etiā humana præeminet. Nā teſte Paulo ad Hebræ. Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorū Filius meus es tu, ego hodie genui te. Influit quoq; in eos, nō ſolū actus Hierarchicos in eos exercendo, ſed eos in deū ſecundū rationem meditatōis reducendo. Hæc prælibata ſunt, ut oſtendat̄ meriti Chriſti uirtus & efficatia. Eſt equidē principale, q̄d deus pater acceptat, & quod in omnibus operat̄ electis, nec nō per quod oīa merita cunctorum electorū & hominum & angelorū acceptantur. Sic enim cōplacuit deo patri inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quę in terra ſunt in ipſo. Vnde quanto Chriſtus electis ſuis cumulatiorē cōmunicat meritorū

(margin: Chriſti meritū)

(margin: Eph. 1)

ſuorum menſuram, tanto uberiorem in pręſenti accipiunt gratiã, qua mediante ad ſublimiorem in futuro prouehunt gloriam.

INDAGO QVINTA.

Cum ſanctiſſima uoluntas diuina, prima ſit omnium rerũ cauſa, teſte pſalmiſta, Oĩa quæcunq; uoluit fecit, Et prima omnium legum regula & finis, nam omnes leges ſecundum ſuum inſtituit beneplacitum. Ad q̃d etiam reſoluuntur ultimate, erit prima omnium actuum intellectualis naturæ ponderatrix, moderatrix, & ſententiatrix, in ratione meriti & demeriti, in ordine ad præmium & pœnam, & hoc ſecundũ qualitatẽ quantitatem, omnes circumſtantias. Eſt enim in omnibus iuſtiſſima, imo ipſa iuſtitia, quam obliquari uel minime eſt impoſſibile, Cui neceſſe eſt omnem uoluntatem creatã conformari ad hæc ut ſit recta & iuſta. Vnde nihil uult & appreciat̃ extra ſe quia bonũ eſt, Sed quia ſibi placet ideo bonum eſt. Et quanti quippiã acceptat & appreciat̃ tanti & non pluris æſtimandũ eſt. Eodem modo eſt in malo, & de malo iudicandũ, Sic ꝙ culpæ quantitas menſurat̃ ſecundũ diuinæ diſplicentię quantitatẽ ſiue grauitatem. Ex his duabus indaginibus tanquã fundamentis inferuntur ſequentia.

Volũtas dei rõ omnis bonitatis

Conſectarium primũ.

Igiť nullus actus hominis eſt peccatũ,cui uidelicet debeať pœna, niſi uoluntati diuinę diſpliceat, & ipſum tanquã offenſam iudicet,quantumcũq; ſibi aliquid inſit defectus uel uitium reſpectu perfectionis tali actui cõuenientis, ſecundum primordialem hominis inſtitutionem. Huius ueritas claret ex priori indagine. Diſplicẽtia enim diuina eſt ratio, quare actus diciť peccatum & offenſa principaliter, unde illa ſublata non inerit actui quantumcũq; imperfecto ratio offenſæ Et per conſequens nec ratio peccati cui ſecũdum iuſtitiam diuinam debeať pœna.

Conſectarium ſecundum.

Igitur uoluntas diuina,poteſt actũ aliquẽ acceptare & approbare tanquã meritoriũ. Ad premium pro eo reddendum, qui ſecũdum iuſtitiam rigidam imputari poſſet ad culpam & pœnam. Cuiuſmodi ſunt omnes iuſtitiæ noſtrę. Cuiuſmodi proinde ſunt ſpecialiter actus noſtri. Boni quidem moraliter,ſed tepidi & remiſſi, quos nihilominus deus ex immenſa bonitate ſua(qua occaſionem nobis benefaciendi quærit)irremuneratos non prętereit. Potiſſimũ cum membra ſumus unigeniti filij ſui,ſibi per baptiſmum incorporati.Et per gratiam gratumfacientẽ

influxus uitales a capite Chriſto ſuſcipientes, ſpirituq; ipſius uegetati. Nihil enim dānationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Ex illa nempe unione capitis Chriſti ad membra, fideles ſcilicet ſuos, mira fit & bonorum & malorū cōmunio Nā omnia bona Chriſti ſuis cōmunicant membris, Et peccata ac defectus membrorū, in caput redundant, & ſibi aſcribuntur. Vnde ipſe orat. Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, lōge a ſalute mea uerba delictorum meorū. En delicta membrorū ſuorū ſua uocat. Rom. 8 Pſal. 21

Conſectarium tertiū.

Igitur diuina uoluntas, poteſt actum aliquem, tanta acceptare dignatione, ut eū præcellenti gloria decernat remunerandū, quia quantū a deo appreciabitur, tantū ualebit, hoc forte factum eſt in pleriſq; martyribus, qui & ſi nouiter conuerſi, ſiue ad fidem, ſiue ad pœnitentiam, Per martyrium tamen, cū multo feruore & gaudio toleratum, facti ſūt illuſtres, ut claret de S. martyre Bonifacio, S. Romano, S. Emerentiana, & pleriſq; alijs. Vnde non eſt curandum uel calculandum, quam diu uiuatur, Inuigilandū autem quā ſtrenue, quam feruenter deo ſeruiat. Et deuote orandum, ut deus ſua dignatione, noſtra tepida acceptet merita. Deus acceptat actus noſtros dignanter.

Conſectarium quartũ

Igitur,actus talis,a deo ſic in ratione meriti acceptatus,pro quo æternam uult dare remunerationem,quantumcunq; in ſe ſit defectuoſus, & uitia ſupradicta habens innexa, Simpliciter tamen loquendo non peccatũ eſt dicendus,ſed meritũ.Et ipſe eliciens actũ talem, Non peccare in eo eſt cenſendus, ſed mereri.Quia enim a deo acceptatur, bonus eſt,& præmio æterno dignus,debet equidẽ denominari,non qualis eſt in ſe uel ab eliciente procedens.Sed qualis eſt in diuino iuditio infallibili.Vnde eliciens in eo non peccat,ſed meretur, ſecundum hunc intellectũ, Non peccamus in omnibus actibus & operibus noſtris, Verũ cum diuinã ignoremus acceptationẽ, debemus noſipſos ſemper reputare peccatores, & iuſtitias noſtras immũdas ꝑ noſtra humiliatione, ſeruoſq; pronuntiare inutiles, Nihilominus tamen cum iuxta S. Iacobi dictum, Miſericordia ſuper exaltet iuditiũ, Et miſericordia domini plena ſit terra,plenã concipere poſſumus fiduciam,Nõ quidem in ipſa opera, ſed & ipſis operibus bonis in deũ.Nam cur fidelis non præſtolabitur fide plena, & ſyncera fiducia, quod deus multipliciter in utriuſq; inſtrumenti promittit pagina. Promittit autem

actus poteſt dici meritũ.

Iaco.2

Pſal.118

ſeruientibus ſibi mercedem. Vnde ad Abraham ait. Ego ero merces tua magna nimis, Et Hieremi. Eſt merces operi tuo. Matthe. Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Alibi, Voca operarios & redde illis mercedē. Ad Corint. S. Paulus ſcribit, Vnuſquiſq; propriā mercedem recipiet ſecundū laborem ſuū. Quantam aūt opera bona apud deū habeant efficatiam in pleriſq; locis ſacri indicant codices, Primo namq; diuinam mitigant uindictā. Hoc modo Ioſaphat rex Iuda a Ieſu filio Anam propheta audiuit, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominū amicitia iungeris, Et idcirco, iram quidem domini merebaris, Sed bona opa inuenta ſunt in te, propter quæ & a periculo mortis liberatus fuit in bello. Secundo contra aduerſarios præſidium impetrant diuinum. Sicut Dauid crebro in Pſalmis deum inuocat adiutorem, contra aduerſarios ſuos, ſuam allegando & innocentiam & iuſtitiam. Tertio, uitæ merentur prolongationem, Exemplum habemus in Ezechia, de quo in libro Regum. Et Eſaiæ, qui cū audiſſet Eſaiæ uaticinium de ſua morte, conuertit faciem, ad parietem, & orauit dominum cum fletu magno, dicens, Obſecro dn̄e memento quæſo,

Gen. 15
Hiere. 31
Mat. 5
Efficatia operum bonorū
2. pal. 18.
4. Re. 20
Eſa. 38

quomodo ambulauerim coram te in uerita
te & in corde perfecto, & quod bonum eſt,
in oculis tuis fecerim. Et exauditus eſt. Ad-
ditiq; ſunt ei quindecim anni uitæ, Arbores
equidem fructiferæ non facile exciduntur, Cō
Luc. 13 trarium aūt fit de ſterilibus & aridis, ut de
arbore fici S. ſcribit Lucas, quæ iuſſa eſt ſuc
cidi, quia fructus non ferebat, ne terram oc-
cuparet gratis. Quarto, Opera atteſtatiões
fidei ſunt in corde uirentis, Neq; enim fides
gratuita in corde eſſe poteſt otioſa & non in
flores erumpere & fructus. Quinto opera
ipſa, bonū proximis præbent exemplū, qui
Luc. 12 cordium ſecreta rimari nequeunt, unde Sal-
uator, Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucer-
næ ardentes in manibus ueſtris, & ſic luceat
lux ueſtra, coram hominibus, ut uideant o-
Mat. 5 pera ueſtra bona, & glorificent patrem ue-
ſtrum qui in cœlis eſt. Sexto, Contra puſilla
nimitatem muniunt, & deſperationem, hoc
Iob in pl. modo S. Iob multipliciter ſua opera bona,
cap. reducit ad memoriam, & recitat in tribula-
tione ſua maxima. Septimo, Ad præmia ac
1. Cor. 9 cendunt æterna, S. Pau. inquit. Quoniā de-
bet in ſpe qui arat arare, & qui triturat in ſpe
fructus percipiendi, Et quæ ſeminauerit ho
Gala. 6 mo, hæc & metet, Et qui ſeminat in ſpiritu,
Colo. 1 de ſpiritu metet uitam æternam, Ad Collo-

ſen. quocꝫ ait, ambuletis digne deo per oĩa placentes in omni opere bono fructificantes & creſcentes in ſcientia dei, Euntes enim ibant & flebant mittentes ſemina ſua, Veni entes aũt uenient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Nam liberati a peccato ſerui aũt facti deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem, finem, uero uitã ęternã. Psal. 125 Rom. 9

Et iuſtis quidem motiuis, prædictis & ſimilibus, habere in operibus bonis ad remunerationem reſpectum, proficuũ eſt, alioquin imperfectionis eſt, in operibus iuſtitiæ mercedem quærere. Libera ſiquidem & perfecta charitas ad retributionem non girat obtutum, quia non quærit quæ ſua ſunt, Sed filiali affectu deo ſeruit tanquam chariſſimo patri, ſciens filiorũ eſſe hęreditatẽ, Quanto aũt cordis oculus purior in deum eſt in operibus bonis ſine reſpectu ad mercedem, tanto obſequium gratius, Et merces a deo præſtatur uberior, Vnde quanto minus quæritur, tanto magis exuberat. Summũ autẽ meritum, apud deum acquireret, & prĕter ſuũ intentũ, qui Euangelicę iuſtitiæ cultum deo impenderet puriſſimę, quia ſummũ bonum eſt in ſe, nullo penitus habito ad mercedẽ, retributionem uel beatitudinem, reſpectu, etiam poſito ꝙ in nullo eſſet remunerandus 1. Cor. 13

nec in præſenti,nec in futuro, Nihilominus ipſum deuote coleret, Quanto enim charitas erga deũ liberalior, tanto opus eius deo gratius, & ex cõſequenti copioſiori remuneratione,in diuina acceptatione, dignũ. Vnde per unum actũ talem charitatis liberaliſſimæ in deum, plus meretur homo quã per decemmillia operũ exacte mercedem requirentiũ. Quia nõ quantũ ſibi in cultu ſuo impendit,ſed ex quanto affectu,& quanta charitatis ſynceritate ponderat deus. Eiuſmodi liberaliſſimam charitatem, propriũ bonum plenæ obliuioni donantem, Iudæorũ do-

Exo. 32 ctor oſtendit Moſes,dũ ad dominũ ait. Obſecro peccauit populus iſte, peccatum maximum, feceruntq; ſibi deos aureos, Aut dimitte eis hanc noxam,aut ſi non facis,dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Non diſpa-

Rom. 9 ri affectu gentium,doctor Paulus ait. Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior teſtimoniũ mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniam triſtitia eſt mihi magna,& continuus dolor cordi meo,optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis.

Conſectarium quintum.

Peccatũ mortale & ueniale — Igitur peccatũ mortale & ueniale ex nulla intrinſeca differunt ratione, ſed ex hoc, ꝙ

uoluntas diuina benedicta exceſſum hunc eſſe uult, æterna pœna dignũ, Alium non. Et hic quod ex hoc ipſo, ꝙ uoluntas diuina non uult plecti ęterna pœna, uenialis erit. Licet eum puniri poſſet iuſte æterna pœna, Nam uoluntas diuina quamlibet moralem curuitatem imputare poteſt ad mortem, ſecundum ſeueram iuſtitiam ſuam, quæ in ſcripturis ſanctis furor nuncupatur domini. Quælibet nempe talis curuitas offenſa dei eſt, quelibet autem ſummi regis offenſa quantumcũq; minima, morte plecti poteſt, Ob quod ſanctus orat. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. Veruntamen pijſſimus deus, humanam uidens naturam, iuſtitia nudatam, uitiatam, deprauatam, & totam ſubuerſam (Senſus enim & cogitatio humani cordis, in malũ proni ſunt ab adoleſcentia ſua) naturæ condeſcendit fragilitati, Vnde leges p̃fixit obligatorias, & pauciſſimas, quarũ trãſgreſſio morte animaduertenda ſit æterna, Quã ſicut ſolus infligere poteſt, ſic ſolus ſub eius pœna cõdere poteſt leges, unde quantum lex quelibet alia, participat de obligatoria lege diuina, tantum eius tranſgreſſioni de pœna correſpondet æterna, Porro

alias offenſas,prçter illas,uenia dignas cenſet, temporalia diluendas pœna.

CONATVS QVARTVS.

Pars tertia.

INterea alia quçdam eſt ſuborta diſceptatio,de pœnitentia uidelicet, ipſiuſq; exordio, Nonnullis eam a pœnç formidine, timoreq; ſeruili, Alĳs uero a iuſtitiç amore initiantibus,unde partes tantum a concordia abeſſe uidentur,quantũ inter timorem ſeruilem & amorem intereſt filialem, Nec tamen ab ipſorũ conciliatione deſperandũ, Vt aũt Candide lector operas noſtras huic accomodemus negotio, tria uidentur proſequẽda,Nam primũ cauſa cum tranquillitate eſt proponenda,audiendaq;, Dein cum cordis ſynceritate tractãda, Tertio deniq; loco ſub certis perſuaſiuis directionibus abſoluenda Aduocemus itaq; pro exordio primã partem, eiuſq; aſſertiones, cum ſuis armaturis audiamus.

Præſto eſt acies prima,Pœnitentiam ueram non fucatam(de hac enim ſcopus) a timore ſeruili inchoandam adfirmans, cõcurrente ſtudioſa recogitatione grauitatis peccati,inexorabilis (poſt mortem) diuinæ iuſtitiæ, indeclinabilis diſtrictæ ſententiæ, in

expiabilis iehennalis pœnæ, quibus peccatoris cor quantumcũq; lapideũ concuſſum ſcintillas emittat compunctionis, qua a malo retrahaĩ, & ſenſim ad pœnitentiam agendam ſtimuleĩ, ſicq; ad gratiam & ueram cõtritionem diſponaĩ, præueniente nihilominus aliqua gratia diuina, quæ non eſt charitas, ad ipſam tamen cor diſponens, & anteceſſorie locum domino præparans. huiuſmodi aũt nititur fulcimentis, Primũ ex modo prædicandi ſancti Iohannis præcurſoris ſummitur Qui ad turbas (quæ ad uerbũ dei audiendũ uenerant) dicebat, Genimina uiperarũ quis oſtendet uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, Omnis ergo arbor nõ faciens bonum fructũ, excidetur & in ignem mittetur. En quã terribilia in uulgus iecit fulmina ad terrendũ & retrahendum a peccatis. Succedenti deinde loco, ad bona prouehit, Nã interrogatus a turbis, Quid ergo faciemus, Reſpondit, Qui habet duas tunicas det nõ habenti &c. Accedit ſaluatoris noſtri parabola de filio prodigo, qui pœnuria affectus & media extenuatus, in ſeipſum primũ eſt reuerſus. apperiente oculos eius pœna, quos clauſerat culpa, redire aũt ad ſeipſum, poſt

Luc. 3

Luc. 15

huiuſmodi diſceſſum in regionem longinquam, omnem iuſtitiæ amorem præcedit. Nam quid iuſte amabit, qui nec ſeipſum cognoſcit? Nec obſtat ꝙ cogitare de domo paterna cœpit, Et quātis mercenarij in domo patris panibus abundarent, ad memoriam reduxit, Hæc nempe, non amore iuſtitię ſed cōmodi fecit, neq; enim cogitaſſe dicitur, O quam pium & amoroſum offendi patrem, Sed quantum in eius domo eſt panū abundantia, qua uentrem ſatiare ualebo, cum hic fame peream. Adminiculatur & alia domi-
Luc. 14 ni parabola de nuptijs & ad eas inuitatis. Illis recuſantibus ait dominus ſeruo, Exi in uias & ſepes & compelle intrare ut impleatur
Luc. 13 domus mea. Compulſio autem non fit ſuaui tractu. Alio quoq; in loco dixit, Niſi pœ-
Pſal. 88 nitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Adſtipulatur Pſalmiſta inquiens. Si autem dereliquerint filij eius legem meam & in iuditijs meis non ambulauerint, Si iuſtitias meas prophanauerint & mandata mea non cuſtodierint, uiſitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, Miſericordiam autem meam non diſpergā ab eo, neq; nocebo in ueritate mea.
Prouer. Et hic modus in ſanctis prophetis eſt cre-
146 berrimus. Ad idē cooperat̄ Sapiens in pro.

Principiũ ſapientiæ timor domini. Sapientia autem uera, aut charitas eſt, aut charitati contubernio indiſſolubili cõnexa. Porro omnis timor ex amore naſcit̃, non ipſum præit, ergo ſapiens de timore loquens charitatem antecedente, de ſeruili intelligit, qui ipſã introducit ſicut tela filiũ, Nam filialis ipſam ſequitur, quia ex ea originatur. Adducitur & S. Paulus ad Timoth. Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant ſcilicet ſeruilẽ, qui pœnas horret. Ad hunc Saluator inducit, dũ ait, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã non poſſunt occidere. Sed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in Iehennam. Et baiulans ſibi crucem, conuerſus ad plangentes mulieres dixit, Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos ipſas flete, & ſuper filios ueſtros. Quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent, Beatæ ſteriles, & uentres quæ non genuerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite ſuper nos, Quia ſi in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Suppetias ex doctoribus & gloſſis aduectas ex cauſis in primordio aſſignatis prætermiſimus.

1. Tim. 5. Mat. 10 Luc. 23

Obſtrepit & altera pars, & ſancti Pauli munimentis firmata, qui ad Roma. inquit,

Rom .5. Lex ſubintrauit ut abundaret diliċtū. Et ad
Gal. 3 Gal. Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt.
Rom. 4 Et iterum ad Rom. Lex iram operaẗ. Ex qui
bus infertur, ꝙ abſente charitate lex nō mo
do non diligitur, uerū quoq; oditur, pecca-
tumq; amatur, quibus ſtantibus, ueram inci
pi pœnitentiam eſt impoſſibile. Quantum-
cūq; fiant cōminationes, terrores & pœna-
rum fulmina. nā etſi ab extrinſeco malo de-
terreant opere, non tamen ab intrinſeca ma
la uoluntate, immo augent peccatū, quia ni
tuntur in uetitū. Stante autem mala uolun-
tate, ſiſtitur ſolum in ſeruili timore, & nun-
quam peruenitur ad charitatem, per quā ſo
lam lex diligitur, oditur peccatū, & fructuo
ſa agitur pœnitentia. Ergo & ab illa eſt in-
choanda, hoc eſt ab amore iuſtitiæ, quā effi
cit charitas, quæ nō quærit quę ſua ſunt, ſed
quæ Ieſu Chriſti, Hæc aūt ſolo interno dei
patris donatur tractu, ſecundū illud Iohan-
nis, Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater ꝗ
Ioan. 6 miſit me traxerit eū. Fulcitur hæc ſententia
Chriſti exemplo, qui nunquam peccatores
coegit timore ad pœnitentiam, ſed ſuauiter
allexit quoſcūq; uocauit, ut Zacheum, Ma-
gdalenam, omnes Apoſtolos &c. Iuxta il-
Hiere. 31. lud Hierem. In charitate perpetua dilexit te,
Mat. 7 ideo adtraxi te miſerans, Vnde niſi ſanetur

per gratiam, uoluntatem non poteſt bonos facere fructus, quia arbor mala eſt. ergo per timorem ſeruilem nunquam peruenitur ad charitatem, nec principiū eſt ſapientiæ, ueri us autem principium eſt inſipientiæ. Et per conſequens, nec principium eſſe poterit ueræ pœnitentiæ. Debet igitur uera pœnitentia ab amore initari iuſtitiæ, hæc de primo.

Quo ad ſecundum, Circa cauſſę diſcuſſionē nonnullæ occurrunt aſſertiones, in quibus partes cōueniunt, aliæ in quibus diſcrepāt.

Conſonantes aſſertiones partium ſunt.

Timor ſeruilis infructuoſus eſt, niſi accedēte gratia. Timor nihilominus ſeruilis poteſt bene per prædicatores in uulgari.

Laudabilis eſt pœnitentia quæ ab amore incipit, contritionem fieri oportet in charitate ſi debet eſſe bona, Et per eam agi merito ria pœnitentia.

Affirmationes in quibus diſcrepant, & primæ quidem partis.

Gratia qua deus corda peccatorū pręuenit mouendo ad conuerſionem per intrinſecum tractū non eſt donum uel habitus charitatis, ſed aliud gratuitū dei munus.

Poſſumus dignos facere pœnitentiæ fructus, ſi a timore ſeruili incœperimus, & ad

charitatem perueniamus.

Initium ſapientiæ eſt timor ſeruilis, qui eſt a deo & bonus & utilis, licet inſufficiens.

Charitas nō expellit timorem ſeruilem, ſicut unū incompatibile aliud, ſed ſucceſſu, ad augmētū gratiæ timor minuit̃ ſeruilis, & aucta gratia timor ille omnino auffert̃.

Affirmationes partis ſecundæ.

Lex principiū eſt pœnitentiæ. & cuiuslibet boni operis.

Pœnitentia non incipit a timore ſeruili, qa impoſſibile eſt ante dilectionē legis pœnitere, pro eo ꝙ lex irā operat̃, ſi non diligat̃.

Hoc donū quo primum mouemur nō diligit legem, ſed charitas ſpiritus.

Timor ſeruilis cū iniuria uocat̃ diſponens ad gratiam, quia per timorem ſeruilem nunquam peruenitur ad charitatem.

Timor ſeruilis non poteſt niſi peccatum augetq; peccatum per uirtutem legis, & operatur iram ſi deſit gratia.

Initium ſapientiæ eſt timor filialis, & hic incipit pœnitentiam.

A charitate nō excludit̃ oīs timor ſeruilis preſertim in hac uita, cū charitatis officium ſit expellere timorem ſeruilem, atq; id tota uita, & inducere timorem filialem.

Niſi lex diligat̃ ꝙ eſt charitatis & nō pri-

mæ motionis, non bene uiuitur, ergo nec deus timetur nec colitur.

Conſpicaris candide mi lector in his, & ex his, & diſcidij fomitem, & utriuſq; merita partis. Supereſt inueſtigare media, quibus ſyncero propoſitis animo, ſermoneq; plando perſuaderi ad unanimem ualeant cōcentum, Sed reuera difficilimum erit actu, niſi pro pace partes nonnulla ſua laxauerint dicta, ueritate, comperta & certa, in omnibus ſalua.

INDAGO PRIMA.

In quolibet peccato duo reperiunt̃ mala, Auerſio uidelicet a bono incommutabili, Et ad commutabile bonum inordinata conuerſio, hæc uitioſa conuerſio, per amorem fit originaliter, qui omniū̄ affectionum radix eſt & fons, quo infecto omnia uitia erūpunt & peccata. Et hoc ueritatem habet, tā in peccato commiſſionis, quam obmiſſiōis In peccato quidē cōmiſſionis ſecundū uim concupiſcibilem claret ꝙ amor inordinatus boni creati realis uel imaginati, ueri uel apparentis diuinam cauſſat offenſam. Inordinatus additur, nam creatura diligi poteſt ordinate ad deum, ſecundum deum, & in deo, uel propter deum. Sicut a deo ſecundū deū & propter deum facta eſt, Secundum uim

quocꝫ iraſcibilem patet, nullus quippe ſecundū hanc mouetur uim, ad aliquid adipiſcendū, uel contra aliquid repellendum, niſi propter aliquod amatū. Quod aūt conatur acquirere non habitum, & per conſequens contra acquiſitionem impediens, concitať, aut habitum retinere, Et ſic contra aufferentem cōmoueť. In peccato quocꝫ obmiſſionis eſt inuenire aliquod amatum uel cōcupitum, propter quod omittit id quod facere debet, utpote, inordinata quies, uoluptas, otium iners, aut aliquid huiuſmodi. De his conqueritur dominus per Hieremiam dicens, Duo mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſipatas, quæ continere non ualent aquas. Ecce deus omnia peccata ad hæc duo reducit mala, auerſionem uidelicet & conuerſionem. Quorū & notatur quantitas, & magnitudo quidem mali auerſionis per deſertionem fontis aquæ uiuæ explicatur. In qua omnium bonorū ſignatur deſtitutio. A fonte enim illo deſideratiſſimo, abyſſalis bonitatis omnia prodeunt bona, Eius ergo derelictio eſt omniū bonorum deſtitutio. Amplitudo uero mali cōmiſſiōis per ciſternas figuratur diſſipatas. Per foſſionē equidem difficultas innuitur in malorū per

petratione. Sicuti reprobi quærulant in inferno, laſſati (inquiunt) ſumus in uia iniquitatis & perditionis ambulauimus uias difficiles, Nimirum uiam nempe peccantium complantatā lapidibus, Et tenebroſa neſciunt ubi corruant. Econtra, Viæ ueræ ſapientiæ uiæ pulchræ & omnes ſemitæ eius pacificæ. Vnde ab illo infelici onere & labore auocat dominus, dicens, Venite ad me oēs qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam uos. Per ciſternas, obiecta notantur concupiſcibilia, ſed diſſipatæ, ſed ruinoſæ ſunt defluentes undiq;, nec aquas ueræ ſapientiæ, ueræ beatitudinis continere queunt, unde omnes tales in uentum laborant. Huiuſce modi aūt a ſummo incōmutabili, & beatifico bono auerſio fit, Nō quia quippiam mali uel imaginari quidem aut ſuſpicari ualeat in eo, cum ſit bonum infinitū & bonitas per eſſentiam, ad quod ſpiritus creatus grandē habet in ſua natura inſertam inclinationem uerum ob uehementem ad ſenſibilia, & intellectus & affectus depreſſionem, & immerſionem, ad ſummū eleuatur minime, quia ab imis (quibus amore & cōcupiſceptia inuiſcatus & ineſcatus eſt) uiribus ſuis ſe reſolue re ſine gratia non poteſt.

Sap. 5 Eccle. 21 Pro. 4 Pro. 3 Mat. 11

INDAGO SECVNDA.

Pœnitentia uera, conuerſum expetit ordinem, ut uidelicet cor ab inordinato primũ auocetur creaturæ amore, ad ordinatũ dei amorem, qui charitas eſt. Ad talem aũt auocationem triplex inducere poteſt motiuũ. Primũ eſt timor gehennæ uel pœnæ, quo & bruta animalia ab eſcis reſtringuntur ſibi concupiſcibilis, uerberum timore aut terrore, hoc modo peccatores ab exterioribus arceri poſſunt tranſgreſſionibus, per ſacræ ſcripturæ fulmina, gehennales flammas minantia, prædicationũ tonitrua, cenſurarum eccleſiaſticarum grandines &c. A mala aũt peccatorum complacentia nequaq̃, multo minus ad bonũ induci poſſunt propoſitum ad amorem iuſtitiæ minime, unde peruerſus quiſq̃, ſi tartarea incendia corã uideret, a peccatorũ quidem perpetratione terreri poſſet, ad amorem aũt iuſtitię induci nequaquã ualeret, ſine gratia. Secundũ eſt, amor aut deſideriũ boni cõmodi, utpote, æternorũ gaudiorum, uitæ beatæ, Ad hoc quoq̃ aſſurgere peruerſus non ualet, Ad ima ſi quidem depreſſus, & carni immerſus, ſenſibilia inſenſibilibus, carnalia ſpiritualibus, & temporalia præfert æternis, quæ ſola ſibi apparent grandia, utpote propinqua & cognata. Spiritualia uero & æterna tanquã a ſenſu re

mota parua ęſtimat. Tertiũ eſt, amor iuſtitię quo pure deus quæritur, nullo habito reſpectu, ſaltem principali, ſiue ad tormenta ſiue ad præmia. Quanto aũt amor ille in deũ purior, tanto iuſtitia amplior & perfectior. Porro ſi ad conuerſionem & pœnitentiam, primũ ſolũmodo induxerit uel impulerit motiuũ, nunquã iuſtificabit, nec uerus erit pœnitens, Nam timor ille ſeruilis ſolũ manum arcet, animum non cohibet. Si ſecundum, nec hoc uerum efficiet pœnitentem, ſiquidẽ ex ſuĳpſius amore naſcitur, quo ſibi bonum optat priuatũ. Vnde ſi quis arctiſſimã ageret uitam, omnium hominum pœnitentiæ auſteritatem exuperantem principaliter ut ampliſſima aſſequeret̃ præmia, nõ iuſtificaretur apud deum. Igitur tertiũ tantũmodo motiuũ (amor uidelicet iuſtitiæ) uerũ efficit pœnitentem. Hoc etenim ex ſancto ſolummodo procedit ſpiritu, ꝙ nec propriũ ſapit bonũ, nec a carne, diabolo, uel mundo ſuggerit̃, unde & illud, ſuper omnia a deo approbatur. Cæterum, quartũ membrũ (quod aliquibus forte uideretur addendum) Timor ſcilicet filialis, quo utiq; ſalubriter abſtinet̃ a peccatis, ab iuſtitiæ non diſcriminatur amore. Quid enim iuſtius quã filiali ad deũ patrem amore, ab omni ipſius cauere offen-

ſa. Ab hoc autem amore timor naſcitur filia lis, tanquã naturalis proles, parentis præ ſe ferens imaginem.

Conſectarium primũ.

Igitur ueram & puram ad deũ conuerſionem, & per conſequens ueram pœnitentiã ſola diuina efficit gratia, hæc enim ſola fundamentalem a creatura operat aucrſionem, ſola quæ uirtuoſã adducit cordis in deum translationem, per charitatem, nulla equidẽ cauſa creata totis ẽ, hos elicere effectus, nulla arbor per naturam plantata, hos producere fructus, Nam omnis arbor (omnis homo) per naturam arida ad hoc eſt, ſterilis & infœcũda, & ob hoc maledicto obnoxia, ut in primo profuſius declaratum eſt conatu. Nam & ſaluator hoc teſtatur clarius, Nemo (inquiẽs) poteſt uenire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Felix quem pater ad filium trahit, felicior quem per gratiam eide incorporat, feliciſſimus quem per extaticũ amorem totũ in ipſum transformat.

Ioan. 6

Conſectarium ſecundum.

Igitur fallax, futilis & fruſtratoria eſt oĩs ſpes conuerſionis & pœnitentiæ, quæ peccatori fiduciam præſtat continuationis peccati, & a deo eſſe nequit, qui nulli hominum uel momentũ indulget cõmorandi in pecca

to, uel dilationis pœnitentiæ, nemini mandauit deus impie agere (ait Sapiens) & nemini dedit ſpatium peccandi. Vnde idem hortatur, Non tardas conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, Subito enim uenit ira eius, Et in tempore uindictæ diſperdet te. Idem, Memor eſto, quoniã mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratũ eſt tibi. Ad idem inducit apoſtolus, Bonũ (inquit) facientes non deficiamus tempore enim ſuo metemus non deficientes, Ergo dum tempus habemus operemur bonũ, uenit enim nox quando nemo operari poteſt, INDAGO TERTIA Eccle. 15. Eccle. 5 Eccle. 4 Gal. 6 Ioan. 9

Cum omniũ conſenſu ſalubrem pœnitẽtiam ſolus deus operet, & ipſe uarijs & abdiſſimis modis ſalutem operet in medio terræ, in corde uidelicet mediũ in homine obtinente & locum & ſitum, conſequens eſt q̃d eius miſerationibus nullũ certum noſtra intelligentia præfigere poſſumus modũ. Veruntamen cum S. Propheta uniuerſas uias quibus deſcendit ſublimis illa maieſtas, ad binarium reducat numerũ, Vniuerſæ inquiens uiæ domini miſericordia & ueritas ſiue iuſtitia, Vt alibi ait, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Poſſumus (præſidio fulti ſcripturæ ſanctæ) dicere, deũ ad ſe Pſal. 24 Pſal. 100

peccatores trahere funiculis duobus, amore uidelicet & timore. amoris tractus dulcis eſt & blandus, quem ſaluator in mortali corpore miſerationibus affluens & ſuper effluens charitate oſtendit in effectu. Porro tractus timoris durior quidẽ eſt, ſed ſaluberrimus his potiſſimũ qui duri capitis ſunt, qui difficile cõuertunt ad cor, qui deſcenderunt in profundũ peccatorũ, quaſi lapis, qui grauibus & lætalibus confoſſi ſunt uulneribus. Hoc modo Samaritanus pijſſimus uulnerato generi humano medendo, oleũ uulneribus infudit & uinum, Nec tamen de ſolo accipiendum hoc eſt timore filiali, quin & de ſeruili, qui & ipſe miſerationis diuinæ eſt funiculus, pœnarũ terrorem cordibus immittens, & nõnunq; durioribus peccatorẽ atterens flagellis, ut cor præparetur ad ſpiritus ſancti unctionem.

INDAGO QVARTA.

Duplicem itaq; in ſacris literis inuenimus timorẽ, ſeruilem uidelicet & filialẽ, quos S. Paulus ex oppoſito ab inuicẽ diſiungere uidetur, dum ait, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater. & quidem, Si timor ſeruilis is nuncupatur qui pure & ſolum pœnam re-

ſpicit,& ſeruitutem ſequitur uel comitaẽ peccati,conſequens erit,ꝙ adueniente gratia adoptionis totus depellaẽ, ſicut & peccati ſeruitus, Nec obſtat ꝙ in iuſtificato timor pœnæ manet, qui per gratiæ & charitatis incrementum minuitur. Timor equidem ille nõ ſeruilis eſt,ſed filialis, Qui, cum ex charitate originetur,ſi charitas imperfecta fuerit,pœnam reſpicit & formidat, Si perfecta, non iam pœnam,ſed paternam reſpicit reuerentiam, Vnde ſanctus dicitur,& permanens in ſeculum ſeculi.De quo & in alio loco ait, Timete dominũ omnes ſancti eius. Et ſic perfecta charitas foras mittit timorem,ad pœnam oculũ ſiniſtrum habentem,oculo dextro ad paternam reuerentiam & obedientiam manente. Hoc modo inter homines filius,& ſi ſciat a patre ſe diligi, formidat nihilominus in aliquo delinquẽs correctionem paternam, non ſeruiliter per gladium uel fuſtem,ſed per uirgam ſibi inferendam.

Pſal.18 Pſal.33 1.Ioan.4

Conſectarium primum.

Igitur timor ſeruilis inſtrumentũ eſſe poteſt & damnabilis deſperatõis,& ſalutis,ſecundum ꝙ ex diuerſis emergit cauſis. Ille enim qui ex homine incutitur, ſiue per propriam conſiderationem, ruminando pœnarum æternarum, quæ peccatoribus debenẽ

Timor auget peccatũ.

acerbitatem, diſtricti iudicis in declinabil
ſeueritatem &c. ſiue per alterius prædicatio
nem, hęc ipſa auditoribus incutiendo, abſq;
gratia interius in corde operante, ne quaq;
diſponit ad gratiam, nec charitatem inducit
quin uerius auget peccatum, & ad deſpera-
tionem impellit. Qui uero a deo immittitur
ad ſalubrem peccatoris conuerſionem, ſiue
per præteritorũ flagitiorũ recordationem,
ſiue per præſentiũ flagellorum inflictionem
ſiue per futurarnm pœnarum reprobis præ
paratarũ cõminationẽ, & terroris incuſſio
nem, ſalutem iniciat, & domino uiam ad cor
præparet, nec tamen omnis timor talis ſer-
uilis a deo immiſſus hoc operatur bonum,
ob quod ſignanter dictum eſt, qui a deo im
mittitur ad ſalubrem peccatoris conuerſio-
Hier. 5 nem. Nam de quibuſdã quęrulať propheta
Percuſſiſti eos & non doluerunt, attriuiſti
eos & rennuerunt accipere diſciplinam. In-
durauerunt facies ſuas ſupra petram & no-
luerunt reuerti. Ex quo colligitur, ꝙ ultra ti-
moris incuſſionem, & flagellorum inflictio
nem neceſſaria eſt gratia cor mollificans,
ad fructuoſam huius uiſitationis ſuſceptio-
nem. Hæc gratia intelligi poteſt, uno modo
gratia adoptionis (quæ eadem eſt cũ chari-
tate, aut ei inſeparabiliter connexa) & hoc in

gratia cũ timore neceſſaria.

illis qui ſubito de malitia in bonitatē tranſmutantur, quod forte rarius contingit, Sane tamen intelligendo, non, quin in omni conuerſione & iuſtificatione peccatoris fiat talis ſubita & inſtatanea mutatio. Nam in inſtanti iuſtificationis (quo peccatori cōmunicatur gratia) de non iuſto fit iuſtus, de malo priuatiue fit bonus. Rarius, inquam, contingit in illis, qui in malo ſunt habituati, qui in peccatorū ſceno uſq; ad os & aures (ut dicitur) ſunt immerſi & infixi, qui in profundum pene abyſſi deſcēderunt, qui omni uoluptati ſeſe dederunt. Num tibi mi lector grande uidebitur miraculū, ſi de tali tantaq; ac tam habituata malitia ad bonitatem rapiatur quis ſubito, abſq; omni præparatione cordis acceſſoria? de tali dicitur utiq; admiratiue, hæc mutatio dexteræ excelſi. Proinde in conuerſione ſancti Pauli prædicatur miraculum, non quia de malo factus eſt bonus ſubito, hoc enim ſemper fit, ſed quia de uno cōtrariorū pene in extremo raptus eſt, ad aliud contrarium extremum, hoc eſt, ex acerrimo eccleſiæ perſecutore, mutatus eſt in conſtantiſſimū fidei prædicatorem, Vnde ſtupebant omnes & admiratiue dicebāt. Nonne hic eſt qui expugnabat in Hieruſalē eos qui inuocabant nomen iſtud. Et huc ad

cōuerſio S. Pauli.

hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad princi pes ſacerdotũ. Nec tñ hæc mutatio etiã in ipſo ſine timore facta eſt præambulo. Ante quã enim ad fidem formaret intrinſecus, cir cũfulſit eum lux de cœlo forinſecus ipſum deterrens & in terram proſternens, qui Ieſum ad ſe loquentẽ, Saule, ſaule, qd me perſe queris? nõdum cognouit, Vnde inquiſiuit, Quis es dñe? illo reſpondente, Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris. Et hoc reſponſo a Paulo cognito, confeſtim reſpondit, Domi ne, quid me uis facere? offerens ſe ad omnes labores proſequendos, ad omnia mala perferenda promptiſſimũ. Mirabilis ergo eſt in taliter conuerſis gratia, & ideo probabiliter rara. Porro in illis qui non ſic ſubito a grauiſſimis ſanant uulneribus, ſed ſenſim paula timq; ad cõuerſionem præparantur per fla gella, aut alia remedia ſupra notata, quibus peccatorũ eis ſubtrahuntur pabula, & a cõcupiſcentijs malis reprimunt. Cum timore ſeruili alia quædam intus in corde operatur gratia, non una, ſed multiplex, ſicut multipli ces ſunt diuini ſpiritus in cor peccatoris influxus, Operat enim ibi gratia prædeſtinatõis, Agit gratuita dei uoluntas, præueniũt diuerſi inſtinctus & motus ſpirituſſancti, ipſam adoptionis gratiã, pulſant ad cordis

hoſtium, uiam domino præparant. Stat aũt cum his oĩbus, ꝙ nondũ lex domini amat̃, quia necdũ charitas habetur, nec timor inductus eſt filialis. Nihilominus tñ omnia ſalubriter aguntur, quia non hominis ſunt opera, ſed dei. Nam in humanis operibus ueritatem hæc obtinent, quod finis debitus primum debet intendi, lex iuſta diligi, & deus filiali timore & coli & reuereri, ad hoc ut bene uiuatur. Cæterum, leges hæ & ſimiles hominũ præfigunt̃ actibus, non diuinis præſtituunt̃ influxibus. In horũ figura ante aduentũ domini ad Heliam tranſijt primo ſpiritus grandis & fortis ſubuertens mentes, & petras conterens ante dñm. Hic eſt timor ſeruilis peccatori a deo immiſſus, ſuperbiam elidens, & cor petroſum cõcutiens, ſed nõ in hoc ſpiritu dñs per adoptionis gratiã & poſt ſpiritum commotio uidelicet cordis, ipſum ad uitæ præteritę compunctionẽ quatiens, nec in cõmotione dñs, & poſt cõmotionem ignis, ad melioris uitę propoſitũ inflãmans, ſed nec in igne per gratiã dñs. Præparatoria nempe ſunt, praua indirecta, & aſpera in uias planas æquantia, ſed hæc mox dominus inſequitur, unde ſubditur. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis, Et ibi dominus intrans per gratiam locum, quem nõ

3. Reg. 19

peccator, ſed ipſe ſibi parauit. Et tunc quaſi
Iob. 4 furtiue ſuſcipit auris cordis uenas ſuſurrij ei
us. Tunc loquitur ad cor Hieruſalem, & ad-
uocat eam ad ſe, quoniam completa eſt ma
Eſa. 40 litia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius. Tunc e-
Pſal. 103 nim ſerenatur conſcientia, iocundat ſpiritus
tranquillatur animus, & exhilarat tota ho-
minis facies in oleo miſericordiæ diuinæ,
quia loquitur ad animā pacem, nec tamen
omnes iuſtificati hos ſentiunt effectus. Sūt
etenim pleriq; qui etiā poſt conſecutam pec
catorū ueniam, poſt acceptam adoptionis
gratiam, turbulentiſſimam ſentiunt cordis
faciem, nec quicqͣ percipiunt ſerenitatis,
obducto cœlo mentis aquoſis & caligino-
ſis nubibus, tonitrua uulgura & grandines
minantibus. Qui ſi inquiſiti fuerint, ſi ſpiri-
tum ſanctū credentes accepiſtis, dicent, Sed
neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus. Nimi
rum, Spiritus enim ſanctus nondū reddit te
ſtimoniū ſpiritui eorū, ꝙ filij dei ſunt. Cu-
ius ſeptuplicem libet aſſignare rationē, Pri-
ma, quia poſt male actā in peccatis uitam, re
liquiæ remanent, quæ non agunt diem fe-
ſtum domino. Cum enim natura humana
deſtituta, infecta ſit concupiſcentia lege mē-
brorum, quam uehemens ſequit ad omnia
uitia pronitas, Si ſuper hanc, ſuper hoc fun-

Spiritualis cōſolatōis dilatio.

Reliquiæ male actę uitæ

damentum ſuperædificentur lapides, ex luto terrenæ cupiditatis, minuta harena mundanæ uanitatis, & aqua uoluptuoſæ lubricitatis, igne peruerſi amoris, excocti, exurgit turris Babel, non facili caſura impulſu. Quilibet nempe actus uitioſus malā adijcit corruptioni noſtræ pronitatem. Sicut econtra, Virtuoſus quicꝙ ſuper adoptionis gratiam bonam addit inclinationem ad ſimilem, & hoc pacto, duæ exurgunt ciuitates, diaboli uidelicet & dei, Babylon & Hieruſalem, corruptio itacꝙ naturæ deſtitutæ, pronitas ex actibus malis relicta, & peruerſus ex his acquiſitus habitus, Funiculū complicant triplicem, qui difficile rumpit, quo fit ut poſt diſceſſum a peccato, poſt recuperatam adoptionis gratiam, poſt acceptū ſpiritū ſanctū uehemens ſentiatur ad malū impulſus qui omnia turbata & pene confuſa reddit. Secūda, ob fidei probationem & meritū, in iuſtificatione equidem peccatoris fides principaliter & potiſſime operatᷣ. Quæ (ut maius cumulet meritum & eius efficatius probet cōſtantia) poſt iuſtificationis effectum, nullo plerūcꝙ fulcitur ſentimento, ut nulla experimentali percepta in toto interiori homine alteratione, totis niſibus homo diuinis innitatᷣ promiſſis, Et contra ſpem naturalis per-

Eccle. 4

Fidei probatio.

K

ceptionis, in ſpem credat infallibilis æternę ueritatis. Nam donec tranſeat cœlū & terra, Iota unum, uel unus apex non præteribit a promiſſis diuinis donec omnia compleanť. Tertia, ad uirtutis exercitationem, cū enim in iuſtificatione reſtituatur peccatori ſalutis pignus, gratia uidelicet adoptionis, & uirtutes, ne otioſæ ſint, ſed uſu exerceantur, relinquuntur uitiorum Sinthomata. Sicuti in figura, ſeptem gentes in terra promiſſionis a deo ſunt relictę, ut filij Iſrael exercitiū habe rent præliandi & armorum uſum, ne marce rent otio. Immundus ſiquidem ſpiritus, ab homine per pœnitentiam eiectus, rediens ad eum, ſi domum eius inuenerit uacantem quantūcunq; ſcopis mundata ſit & ornata aſſumptis ſeptem alijs ſpiritibus nequioribus ſe, ingredietur, Et erunt nouiſſima homi nis illius peiora prioribus. Quarta, ad pœnæ ſalubris tolerantiā. Inimicus equidē etiam poſt reconciliationem nō ſtatim ad familiare admittiť contuberniū. Exemplum ſacra ꝓponit ſcriptura in Abſolon, Qui patri ſuo Dauid reconciliatus, nihilominus manſit duobus annis in Hieruſalē, quibus faciem regis non uidit. Quinta, ut conuerſus ad pœnitentiam aniſatus ſit ad futurorū cautelam, & in timore ſtet iugiter. Si nō in ti

Iudi. 3

Mat. 12

Toleran tia.

2. Reg. 14

more domini tenueris te inſtanter (ait Sapiens)cito ſubuertet domus tua. Propter hoc etiam deus dixit de populo Iſrael, Ego non delebo gentes quas dimiſit Ioſue,ut in ipſis experiar Iſrael, utrum cuſtodiant uiam domini & ambulent in ea. Sexta, propter fructuoſam humiliatiõem, In humilitate enim noſtra, memor fuit noſtri, & redemit nos ab inimicis noſtris. Humiliationi etenim occaſionem multiplex præſtat defectus & crebra tentatio, unde pleriſque deuotio ſubtrahitur ſalubriter. Melius ſiquidem eſt arido corde humiliter ſe recognoſcere, quam accepta deuotione in magnis & mirabilibus ſuper ſe ambulare, quia hoc propriæ uilificationi, illud ſuperbiæ & præſumptioni anſam præſtat. Septima, ad excitandam deuotam, feruentem & indefeſſam diuini ſubſidij implorationẽ, quę ſicut cunctis, & ſpecialiter pœnitentibus nouiter conuerſis ſumme neceſſaria eſt, Sic eſt & ſaluberrima, Vnde non concutiatur pœnitens puſillanimitate, nec deſperatione frangatur, ſi nondum amorem ſentit iuſtitiæ, ſi ſtimulis agitatur peccatorum, ſi timor pœnæ in eo abundat, Non enim ſecundum ſenſus, ſed ſecundum conſenſus iudicat deus. Proinde propheta non ait, Cõcupiuit anima mea iuſtificatiões

Eccle. 27.
Iudi. 2

tuas, Sed concupiuit deſiderare iuſtificatio
Pſal. 118 nes tuas. Si nondum ſentis deſideriũ iuſtifi
cationis domini, concupiſce ſaltem hoc de-
ſiderium, pete, quęre, pulſa, omnis enim qui
Mat. 7 petit, accipit, qui quærit, inuenit, & pulſanti
aperietur.

Conſectarium ſecundũ.

Igitur ſalubriter prædicari poſſunt ea quæ timorem ſeruilem peccatoribus incutiunt, In ſpe & fiducia cooperationis diuinę intus in corde peccatoris, ut nutu diuino terreaẗ, a malo retrahatur, & deo opus ſalutis continuante, ad bonum alliciaẗ & prouehatur. Nemo enim repente fit ſummus, is potiſſimum qui in imo iacuit proſtratus. Ad hoc plurimum ualet feruidus animarũ zelus in prædicante, & cor ardens charitate, ut ſic ex pectore tali, ueluti ex fornace ardenti, ſcintillæ erumpant, & flammæ audientium corda
Heb. 4 penetrantes. & uſq; ad diuiſionem animę &
Pſal. 44 ſpiritus pertingentes, Sicut carbo ignitus carbones accendit mortuos, extinctus non ita. Vnde quiſq; eorũ dicere habet, Eructauit cor meũ uerbum bonũ. Verbum enim quod de ore dei habitantis intus in corde prædicatoris egreditur uacuũ ad eum non reuertetur. In figura huius, quandocũq; ſpi-
1. Reg. 16 ritus malus arripiebat Saul, Dauid tollebat

citharam,& percutiebat manu ſua, refocill**a**batur Saul & lenius habebat. Recedebat enim ab eo ſpiritus malus. Cithara ſacra eſt ſcriptura, hanc prædicator tollit, dum uerũ eius intellectum & mente capit, & uoce depromit. Tunc autem ſuauem & uirtuoſum reddit ſonũ, ſpiritũ malum depellentẽ, quãdo manu ſanctæ operationis percutit, ut opere impleat quod ore prædicat.

Conſectarium tertiũ.

Igitur concluſiue candide lector pro diſcrepantiũ concordia partium, ut ad uniſonum reducantur cantũ, breue poterit & ſuccinctũ aduocationis intercedere patrociniũ ut dicantur diuerſa ſentire non aduerſa, ſicuti & in ſuperioribus. Cum enim duæ partes affirment iuſtitiæ, Declinare a malo, & facere bonum, Dicemus, Actores primam principaliter fouere partes, Reos ſecundã, ſola enim charitas efficit pœnitentem. Porro ſi ambæ partes cauſſentur, de prima parte iuſtitiæ uidelicet, declinatione a malo, ſi fiat timore ſeruili an non, Poterit & hoc reſarciri diſcidium, per duplicem timoris ſeruilis radicem, uel motiuum aut cauſſam, Si enim timor ſeruilis incutiat peccatori, ex quocũq; creato in auribus forinſecus, aut in corde intrinſecus perſtrepente, ſiue ſit prædicatio ſi

ue propria imaginatio, cũ agẽs illud, cor ad ueram cõpunctionem non poſſit inflectere, Sane dicemus, iuxta ſecundã opinionem, ti morem hunc ſeruilem non eſſe initium pœnitentiæ. Si uero immitat a deo ad cor ſaluⷭ briter terrendũ, & a peccato retrahendũ, affirmabimus ipſum eſſe ſalutis initium, pro ut prima ſtetit opinio, cũ diuinis influxibus legem non poſſumus præfigere.

CONATVS QVINTVS

ALius interea in literario campo celebratus eſt cõflictus ſerio an ioco, ad ingenij uires exercendũ, an ad iugulũ ferien dum, ad congrediendũ ſecundũ paleſtritarum morem, an ad graſſandum in aduerſarij cruorem, ambiguum uidetur, ſiquidem congreſſus ipſe apparatum magis prætendit uerborum, ueluti foliorum uiridantium, ſonitũ, quam terrorem refulgentium armo rum cruore infectorum. Eſt autem Scopus illius, De actiuitate liberi arbitrij, reſpectu actus meritorij, Accedamus candide lector, illius ſpectatores haſtiludij, micantia contemplemur arma. Progreditur prima pars, adfirmans illud eſſe conueniens ſacræ ſcri-

Opinio prima.

pturæ,ſanctis patribus & fidei Chriſtianæ, Liberum arbitrium uoluntatem humanā, habere cauſalitatem actiuam, uim productiuam, elicitiuam operis meritorij,non excludendo gratiam & ſpeciale adiutorium dei, adeo quod oppoſitum ſit plane deſcendere in hæreſim manicheorum. Hanc aſſertionē figit aut fixā oſtendit uerbo Sapientis, Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua, Si uolueris mandata cōſeruare,cōſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod uolueris porrige manū tuam. Ante hominem uita & mors, bonū & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Firmatur dicto Saluatoris parabolico, ubi ſeruus,qui quinq; talenta acceperat,&p ea alia quinq; eſt lucratus, a domino eſt & laudatus, & remuneratus, aliquid ergo eſt operatus ob quod eſt coronatus. Sanctus quoq; Iohannes ait,Omnis qui habet ſpem in deo ſanctificat ſe, ſicut & ille eſt ſanctus. Pſalmiſta quoq; dicit, Adiutor meus es tu, ne derelinquas me. Adiutor autem coagit ei quem adiuuat. Conſimiles plures aduehi poſſunt ſagittæ, ex pharetra ſacræ ſcripturę, quibus ignaui & torpentes operari bona ualentes quidem,ſed non uolentes probantur

Eccle.15

Mat.25

Ioan.30

Pſal.29

qui gratiam eis ad bonum deeſſe agendum querulantur, cũ uerius econtra cõqueri poſſet gratia, uoluntatem ad cooperandum etiam ſtimulatam recalcitrare.

Altera nihilominus pars, ſquamata munita armatura, compluribus uidelicet ſacræ ſcripturæ auctoritatibus, procedit ex aduerſo. totũ conteſtans eſſe a deo quicquid homo habet & facit, & totaliter. Ad hoc ex utroq; inſtrumento miſſilia producit, primo
Cap. ult. Paralip. dicitur, Tua ſunt omnia, & quæ de
Capi. 10 manu tua accepimus, dedimus tibi 1. Regũ
Abijt cum Saule pars exercitus quorũ deus tetigerat corda. Exponitur, Sicut figulus
Cap. 23 tangit rotam ad uas formandum. 2. Regũ,
Cuncta ſalus mea & omnis uoluntas, nec eſt
Pſal. 67 quicquã ex eo quod non germinet. Pſal. Cõfirma hoc deus quod operatus es in nobis
Ezech. 36 Ezech. Auferam a uobis cor lapideum, &
Phil. 2 dabo uobis cor carneum. S. Paulus ad Philip. Deus eſt qui operat̃ in nobis, uelle & per
Rom. 8 ficere pro bona uoluntate. Ad Roma. Quicunq; ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei.
2. Cor. 4. Ad Corinthi. Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit uirtutis
Iaco. 1 dei, & nõ ex nobis. Sanctus Iacobus, Omne datum optimũ, & omne donũ perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum,

Multæ in hunc modum, & ad hunc ſenſum poſſunt aduehi autoritates, ꝙ omnia bona noſtra, & merita noſtra a deo nobis ſunt donata, Et per conſequens omnia ipſius ſunt & ſibi aſcribenda, & ut clarius utriuſꝗ partis conſpicatur ſententia, per aſſertiones ſignemus utriuſꝗ cauſæ merita.

Aſſertiones primæ partis.

Liberũ arbitrium adiutũ gratia, naturali uirtute productiua & ellicitiua non fraudat.

Liberum arbitrium nõ ſe habet mere paſſiue ad opus meritorium.

Liberum arbitrium cooperatur deo, gratia ſua adiuuãte, ad bonum meritorium, ne ſit res de ſolo Titulo.

Liberũ arbitriũ non habet ſpecialem operationem, quam non faciat gratia.

Voluntas hominis receptrix eſt bonorũ atꝗ famula in comparatione ad gratiam. In comparatione autem ad uires inferiores eſt Regina.

Gratia & liberum arbitrium ſunt una cauſa totalis operis meritorij. Non tamen ꝙ gratia unam operetur partem, liberum arbitrium aliam, ſed ambæ ſimul totum & indiuiduum opus bonum perficiunt.

Liberum arbitrium agit opus meritoriũ quia agitur a gratia, In concurſu gratiæ & li-

liberi arbitrij ad opus meritoriũ, Ipſũ opus totũ eſt a gratia & totũ a libero arbitrio ſed a neutra cauſſarum totaliter.

Aſſertiones ſecundæ partis.

Liberum arbitrium non habet ſpecialem quandam actiuitatem naturalem a gratia diſtinctam.

Bona merita tota ſunt dei, & non ex parte noſtra, quantũ ad actiuitatẽ, fiunt tñ noſtra per gratiæ collationem. Et ſic gratis nobis diuina clementia conferunť.

Gratia facit operari liberum arbitrium, & liberum arbitrium recipit ſuam actionem a gratia.

Gratia operať bona opera in libero arbitrio, Et ita gratia habet actiuitatem bonorũ operum. Liberũ autem arbitrium habet ſuſceptionem, ergo potius bona opera efficiuntur in libero arbitrio, quam fiant actiuitate liberi arbitrij, gratia dat actionem libero arbitrio, per hoc ꝙ in illo operať, unde liberum arbitriũ agit, quia agitur.

Gratia ſicut in libero arbitrio totũ opus meritoriũ operatur, ſic operať & totaliter.

Vtriuſqꝫ partis Conſenſus.

Gratia diuina inſpirat uoluntati bonũ cõſenſum, & illa inſpiratio eſt eius in uoluntatem actio.

Pro harum pacificatione ſanctas indagemus ſcripturas.

INDAGO PRIMA

Cum uoluntas diuina ſuper benedicta, prima ſit omnis bonitatis & iuſtitiæ in creaturis regula & ponderatrix, ut ſupra monſtratū eſt Conatu tertio, Indagine ſecunda, poteſt naturam intellectualem gratificare & glorificare ſine omni merito, Sicut & anima ſanctiſſima Chriſti, in primo ſuæ creationis inſtanti ſummam recepit gratiam, abſq; omni merito, Nimirū cū tanta gratia cadere non poſſit ſub merito. Vnde deus ſummā ſuam (in eius gratificatione & ad deitatē in unitatem perſonæ ſuſceptione) oſtendit liberalitatē, poteſt & actū naturæ intellectualis, ex puris naturalibus elicitū tanquā uitæ æternæ meritorium, abſq; præuia habitus cuiuſcunq; infuſione acceptare. Poteſt tertio, poſt naturam humanam lapſam, libero arbitrio gratia adoptionis potato, naturalē conferre actiuitatem, in eliciendo actum meritoriū, Sic q liberum arbitrium cū generali dei influxu cauſſet ſubſtantiā actus, & gratia eius operetur acceptionem in ratione meriti, ut ſic uoluntas ſit illius meriti, principalis cauſa, quo ad ſubſtantiam actus, & gratia cauſa principalis in ratione meriti &

Regula bonitatis dei uoluntas

acceptationis diuinæ, Hæc omnia per dictū ſancti Gabrielis archangeli fulciuntur, Quia non erit impoſſibile, apud deum omne uerbum, Quis enim dicere ei poteſt? Cur ita fa-
Luc.1 cis? Plus nempe poteſt efficere, quam nos
Iob.2 cogitare ſufficimus, & ſi ſic uellet bonum eſſet ſic fieri.

INDAGO SECVNDA.

Quia deus ſanctiſſimam ſuam uoluntatē in ſcripturis reuelauit ſanctis, circa humani generis procurandam ſalutem, Quid ſibi cō placitū ſit, quidue diſpliceat, quid per liberū arbitrium, quid ſine eo operari uelit, quę donare homini ſuffragia, quæ hominis acceptare merita uel opera, quibus medijs, quibuſqꝫ adminiculis ipſum uelit ad beatitudinem prouehere, & horū ſimilia, Cōſequens eſt, nos intellectum noſtrū in prædictorum ſcrutamine, ad ſacræ ſcripturæ regulam ca-
Apo.22 ptiuare debere, ad quam ſi quis quippiam appoſuerit ab ea diſcrepans, apponet deus ſuper illum plagas, & ſi quis diminuerit de uerbis eius, auferet deus partem eius de libro uitæ. Itaqꝫ ubicūqꝫ in ſcriptura Canoni
Apo.5 ca certi de uero eius ſumus intellectu, incunctanter, & inconcuſſe eſt ſeruandus, Vbi uero ſpiritus ſancti ſenſus clarus non eſt (clauſus eſt equidem hic liber uitæ, ſeptemqꝫ ob

ſeratus ſignaculis, ne canibus & porcis pa- Mat. 7
teat aditus. Pertranſeunt plurimi, & multi-
plex eſt in eo, nō modo opinio uel error, ſed
& ſcientia) p eius intellectu, primo ueritas in Dan. 12
creata, lux uera, quæ omnem hominem illu
minat, eſt deuote imploranda, Secundo in
ſpiritu humilitatis, & affectus ſynceritate ad Ioan. 1
ſcrutandum in ea dei mirabilia eſt acceden-
dum. His modis candide mi lector ad pro-
poſitam accedentes materiam, ut ueram e ſa
cris literis eliciamus intelligentiam, duo æ-
mulari ſtudebimus, in ſcrutamine, Quæ &
deus principaliter in ſacra intendit ſcriptu-
ra, gloriam uidelicet dei, & animarū ſalutem
unde illum contemplemur intellectū tanq̃
ſaniorem, qui dei gloriam amplius magnifi
cat, Et animatā ſaluti congruentius obſequi
tur. Hoc eſt, Quod omne bonū quod nobis O bonū
ineſt, uel ineſſe credimus, aut opinamur, fide ac o
liſſima recognitione, Synceriſſima affectio-
ne, & gratiſſima deuotione totum & totali-
ter deo tribuamus, Nihil boni penitus no-
bis reſeruantes, aut uiribus noſtris tribuen-
tes. Nec gloriam dei de donis & bonis no-
bis collatis, nobis uſurpantes aut adſcriben
tes, quid enim habes quod non accepiſti, ſi 1. Co. 4
aūt accepiſti, quid gloriaris quaſi non acce-
peris? Fur ergo eſt & latro qui ex omnibus

his debitam deo ſubtraxerit gloriam.

Perditio ex nobis Ex altera parte, Omne malũ culpæ, & inordinatæ motionis & cõcupiſcentiæ nobis uerisſima aſſertione adſcribamus. Iuxta ꝓpheticum, immo diuinũ teſtimoniũ, Perdi-

Oſeę.13 tio tua ex te Iſrael, tantũmodo in me auxilium tuum. Hoc enim modo donamus cuiq;

Hiere.15 quod ſuũ eſt, Si ſeparaueris (ait deus) prętioſum a uili, quaſi os meũ eris, Hoc pacto, oĩa gratiarũ & donorũ flumina, ex abyſſali diuina bonitate in nos prodeuntia, in ipſum fontale refundimus principiũ, ut abundantius in nos exuberẽt, ſecundum dictũ Sapientis.

Eccle.1 Ad locum unde exeunt flumina, reuertunt ut iterum fluant.

INDAGO TERTIA.

Aliud eſt loqui de merito uel opere bono quod quis operãdo efficit in alio, Aliud de eo quod ex ipſo operante egredit, In primo operans purum exhibet miniſterium, nihil intrinſecus agens in eo, in quo opera ſua quippiam fructificat, Sicut uerbum dei prædicans forinſecus perſtrepit in auribus audientis, Ipſius autem cor immutare poteſt

1.Cor.1 minime. De hoc opere S. Paul. ait, Quid igit eſt Appollo, quid uero Paulus? Miniſtri eius, cui crediditis, Et unicuiq; ſicut dominus dedit, Ego plantaui, Appollo rigauit,

Sed deus incrementũ dedit. Et eadẽ epiſto-
la. Gratia dei ſum, id qđ ſum, & gratia eius 1. Cor. 15
in me uacua nõ fuit. Sed abundantius illis
omnibus laboraui, Non ego aũt, ſed gratia
dei mecũ. Hoc modo inuehit̃ propheta con Eſa. 10
tra Regem Aſſiriorum, qui ex uictorĳs di-
uina uirtute habitis gloriabatur, quaſi uir-
tute propria acquiſitis. Væ (inquit in per-
ſona domini) Aſſur uirga furoris mei & ba
culus ipſe eſt. Et infra, Viſitabo, ſuper fru-
ctum magnifici cordis Regis Aſſur, & ſu-
per gloriam altitudinis oculorum eius. Di-
xit enim, In fortitudine manus meæ feci, &
in ſapientia mea intellexi &c. Et ſequitur.
Nunquid gloriabatur ſecuris contra eũ qui
ſecat in ea, Aut exaltabitur ſerra contra eũ,
a quo trahitur, Quomodo ſi eleuetur uirga,
contra eleuantem ſe, Et exaltetur baculus,
qui utique lignum eſt. Vnde tales miniſtri
dei ſunt, ſiue in bonum, ut primi, Siue in ma
lum caſtigationis & pœnæ, ut ſecundi. Qui
nihil eorum operum magnificorum, quæ
per eos dominus operat̃ ſibi adſcribere poſ
ſunt, nec de illis gloriari, ſine diuinæ gloriæ
iniuria, Primos enĩ, Plantatoribus, Semina-
toribus, Agricultoribus, & Rigatoribus, cõ
parat, qui forinſecus exhibent miniſteri-
um, ſed nõ dant intrinſecus incrementũ, Et

1.Cor.15 quid ſeminas (ait Apoſtolus) non corpus corpus quod eſt ſeminas, ſed nudum granum, utpote tritici, aut alicuius cæterorum deus autem dat illi corpus ſicut uult, Secundos, ſecuri, ſerræ, uirgæ, & baculo, qui flagella dei ſunt, & diuinę ultionis inſtrumenta.

INDAGO QVARTA.

Quo ad meritum uel opus bonũ quod ex ipſo egredit̃ operante, Sacra nos erudit ſcriptura, ꝙ nullũ actum efficere uel elicere poſſumus ſalutarem ſine gratia dei, ſecundum

Joan.15 Saluatoris noſtri teſtimoniũ ueriſſimũ, Sine me nihil poteſtis facere, uidelicet ad ſalutem pertinens, Quod & S. teſtatur Paulus

2.Cor.3 inquiens, Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad deum, non ꝙ ſufficientes ſimus aliquid cogitare a nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, pro ut profuſius in primo pertractatũ eſt cona-

Philip.2 tu. Alibi quoq; ait, Deus eſt enim qui operatur in uobis, & uelle, & perficere pro bona uoluntate. Ex quibus elicit̃, quod hos tres actus, cogitare uidelicet uelle, & perficere, ſiue operari uel exequi uolita, deus per ſuam

gratię triplex īfluxus in nobis operatur gratiam, exiget̃ ergo pro tribus illis actibus triplex gratiæ influxus Primus ad ipſum cogitatum, quem gratia in corde ſeminat, nõ ſic intelligendo, ꝙ ſine

ſpeciali dei influxu, non poſſimus de bono cogitare obiecto, ut de iuſtitia, de pietate, de deo, de homine Chriſto, eius paſſionẽ &c. Et quibuſcũq; ſimilibus, Hoc nempe commune eſt omnibus, & bonis & malis, & electis & reprobis, cũ & ipſi dæmones de illis cogitent, Dum enim generalis de talibus habetur ſermo, quis auditorũ non de his cogitat? aut dum quis propria ſiue lectione, ſiue meditatione talia reuoluit obiecta, Ad hoc quippe nulla ſpecialis requiritur gratia, ſed generalis ſufficit influentia. dicit aũt Apoſtolus ſignanter, Non ꝙ ſufficientes ſimus aliquid cogitare ſalutare uidelicet uel ſalubriter, Hoc enim ſolũ in ſacris dicitur literis eſſe aliquid, quod aut ſalus eſt, aut ad ſalutẽ ordinatum, Neq; enim Apoſtolus ibi de generali loquitur ſufficientia, ſecundũ quã omnis creatura etiam inanimata ad agendũ, ſuam a deo recipit ſufficientiam. Sed de ſufficientia ſalutari, Hoc itaq; modo intelligi debet, quod nullus cogitatus quantũcunq; de ſalutari neceſſario & bono obiecto, cor mouet, excitat uel ſtimulat, ſine ſalubri & neceſſario ſpecialis gratiæ diuinæ motu & influxu. Hinc eſt, quod multi eũdem audiunt ſermonem, unus ex eo cõpunctione inflectitur & molleſcit, Alius duro corde perſi-

Aliquid in ſcripturis.

L

ſtens,nec minimo concutit̃ motu,quia gratia illi cogitatũ ex ſermone uel lectione habitum reddit ſalutarem, agens ut trahat̃ in aſfectũ,alteri uero non, De hoc ait propheta, Plui ſuper unam ciuitatem, & ſuper alteram non plui,pars una compluta eſt, & pars ſuper quã non plui aruit.Seminat quoq; deus alio modo ſalubrem in corde cogitatũ, quã do nullo extrinſeco adminiculo exhortationis,informationis,prędicatõis, lectõis &c. adhibito,intus operat̃ ad ſalutẽ in corde,immittens homini fructuoſũ de ſua ſalute cogitatũ,& nõ ſolum hoc,quod & malis & reprobis facit, ſuper quorũ corda, illo modo ſolẽ ſuæ illuſtrationis oriri facit, ſed & cor- illo cogitatu afficit & ſtimulat, Et hęc eſt gratia præueniens,de qua Pſalmiſta ait, Miſericordia eius pręueniet me.cuius operatio eſt circa primũ actum uidelicet cogitatũ, & ſaluti præſtat exordium,quod tamen non ſufficit,niſi & aliæ operationes gratiæ circa alios actus ſubſequantur.

INDAGO QVINTA

Primũ hunc actum, qui eſt cogitare ſalubriter bonum, Secundus ſubſequitur,uelle ſcilicet,Quin ſecundum exigit gratiæ influxum, qui eſt, ad conſenſum in bonũ ipſam inflectere uoluntatem uel inclinare, Habita

nempe ſalubri & bona cogitatione, ſiue a deo immiſſa, ſiue ab alia cauſa procurata extrinſeca, utpote, prædicatione, exhortatione &c. uel intrinſeca, ut propria meditatione, data nihilominus a deo gratia, qua eadẽ cogitatio uoluntatem afficiat, ſtimulet, & excitet, ad ſurgendum ſiue a peccato ad conuerſionem, ſiue a torpore & ignauia ad boni perſecutionem, niſi aſſit, operetur, & cooperetur gratia, uoluntatem ad aſcenſum inclinans, nihil fit, fruſtraturq; prima gratia præueniens ſuo affectu & fructu. & hæc uoluntatis ad bonum inclinatio, dicitur patris attractio, de qua ſaluator ait. Nemo uenit ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. Hunc aũt uoluntatis aſſenſum exigit gratia, ut opus dici poſſit meritoriũ, aliquid habẽs de libero arbitrio, Quanquam enim deus, immenſa ſua liberatione & bonitate, poſſet nos ſine omni actu noſtro, & cooperatione gratiæ, & hic gratificare, & in futuro beatificare, Poſſetque nonnullis uideri hoc magis ad ſuæ maieſtatis ſpectare præconium, hoc tamen facere non decreuit, ſcriptura teſte, quæ multipliciter & merita commendat & præmia, magis autem ſibi complacet ut gloriam aſſequamur, cum qualicũq; laude propria, prout dicit Apoſto. Nolite ante 1. Cor. 4.

tempus iudicare, quoad uſq; ueniat domi-
nus, qui & illuminabit abſcondita tenebra-
rũ, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc
laus erit unicuiq; a deo. non haberet aũt ho
mo laudem in remuneratione, niſi præceſſi-
ſent merita, nec merita eſſent ſi liberum ar-
bitrium pure paſſiue ſe ad bonũ haberet re-
munerandũ, & nihil pœnitus cooperaretur
gratiæ. Gratia itaq; liberũ arbitriũ non co-
git, non neceſſitat, nihilominus tamen ita ef
ficaciter inclinat, afficit, & trahit uoluntatẽ
q; in id ad quod trahit cõſentit. Adtractus
ille adſcribitur gratiæ, quamuis non ſit a ſo
lo gratiæ dono animæ infuſo. Nullus enim
habitus animæ infuſus, ita potens eſſet in
anima, Quod liberũ arbitrium originali cõ
cupiſcentia preſſum, multiplici malo uſu, &
aſſuefactione ſubuerſum, uariĳſq; extrinſe-
cis obiectis uoluptuoſis & incentiuis abſtra
ctum & illectũ, poſſet ab his omnibus abſol
uere uinculis, & ad bonũ efficaciter erigere
& ſuſtollere, Sed ſpiritus patris & filĳ ſan-
ctus & benedictus hæc operaẽ, qui per gra-
tiam animam inhabitat, nec ocioſus mora-
tur in corde, uerum indefeſſe agit, & ſtimu-
lat ad bonum, ubi homo motibus ſuis non
repugnat, magis autem obtemperat, quod
ut fiat, oramus, Adueniat regnum tuũ, fiat

Gratia attrahit

uoluntas tua. Porro liberum arbitrium aliam actionem non habet immanentem cum gratia in opere bono, præter conſenſum q̃ ſalutari ſancti ſpiritus acquieſcit motui, & quo cooperari dicitur gratiæ. Cæterũ conſenſus ille actus eſt uoluntatis, ab ipſa cauſatus, productus & elicitus, ſicq; actus ille uoluntatis qui conſenſus dicitur, proles eſt naturalis ipſius uoluntatis. Adoptiua autem ipſius gratiæ & ſpirituſſancti, nunquã enim uoluntas illum eliceret, ſi ſupradicto modo gratia non traheret uel inclinaret. Quia uero acceptatio illa ipſius cõſenſus a deo in ratione meriti, in ordine ad premium æternũ potior eſt in ipſo actu, dicitur actus ipſe uel conſenſus, uerius, nobilius, & perfectius eſſe proles gratiæ, quam uoluntatis, Sicut eſſe gratiæ nobilius & excellentius eſt, quam eſſe naturę. Gratia ergo in quantũ hunc operatur effectum, qui eſt, uoluntatem inclinare in bonum, & trahere dicitur, cooperans & adiuuans.

INDAGO SEXTA

Supereſt tertius actus, qui eſt perficere uel operari, conſenſum ſequens in bonum, ut executioni demandetur, ne fiat abortiuũ, ad quẽ tertio loco exigitur gratia, ut quod primo ſalubriter ſuggeſſit uel inſpirauit per Tertius actus gratiæ.

cogitatũ, Secũdo, fructuoſæ procreauit per inclinationem in cõſenſum. Nunc tertio uirtuoſe & efficaciter in lucem producat oẽs uires confortando & uigorando boni concepti executiuas. Et hic requiritur uis rationalis illuſtratio per ſapientiam & prudentiam iraſcibilis animato per diſcretũ zelum, concupiſcibilis per ardentem charitatem inflãmatio, & omniũ uirium inferiorum uigoratio, quæ omnia operat̃ unus & idem ſpiritus benedictus in ſecula. Et hæc dicitur gra-
Pſal. 22 tia ſubſequens, de qua ait propheta, Miſericordia tua ſubſequet̃ me, omnibus diebus uitæ meæ. Conſtat ex prędictis, ꝙ omnes illæ operationes gratiæ neceſſariæ ſunt, pro boni operis conſummatione.

Conſectarium primũ.

Igit̃ omnia opera noſtra, quæ noſtra nuncupamus merita, ſunt ipſius dei triplici iure, ſunt primũ quidem, quia ab ipſo eſt natura horũ fœrax, Siquidem arborem plantans in proprio ſole iuſte ſibi ipſius uendicat fructus. Secundo proinde, quia naturam peccato corruptam & uitiatam, & ex conſequenti damnatam, ipſe reparauit, nec non in meliorem reſtituit ſtatum quã a primordio fuerit, Veluti ſi quiſpiam arborem confereret uirentem, floridam, frugiferam, quæ ſucce-

dēti tempore areſceret tota radicitus in tantum ꝙ nulla nunquā eſſet refloritionis ſpes (ſicuti de ficulnea dominus ait, Nunquā ex te fructus naſcat̃ in ſempiternū, quæ & continuo radicitus aruit) Ipſe autem primus cultor eius iterato uitam ei daret uegetatiuam, radicemq; germinantem, apponeret nihilominus fimum, rigaret, & excoleret, Sic ꝙ ultra omnem ſpem floreret, & fructus afferret plurimos, quis non cultori tali ipſius arboris, adiudicaret fructus? Tertio deniq;, quia & ſi quippiam in meritorū productione liberum agat arbitrium, utpote conſenſum in bonū, & cooperationem per uires inferiores in executione, parū tamen eſt reſpectu eius quod operat̃ gratia, quæ primū ſibi materiam ſubminiſtrat, uidelicet bonū cogitatum, Ipſum arbitrium liberū propoſita materia ſtimulat, ut acceptet diſſimilantem adhuc & torpentem, efficaciter ad uolendum præparat, trahit & inclinat, Et uolentem effectum, potenter adiuuat ad exequendum, in qua executione plus facit quā liberū arbitrium, in tantum ut uideatur ſolummodo ipſius gratiæ inſtrumentum. Mat. 21

Conſectariū ſecundum

Igitur ſecundū duplex ius, primū uidelicet, & ſecundū modo dictum, omnia opera

noſtra bona & merita tota ſunt ipſius dei & totaliter, Nam in his duobus, utpote in prima hominis inſtitutione, & in eius per benę dictum ſaluatorem noſtrum reperatione, nihil, penitus cooperata eſt natura Adæ creatori & redemptori. Quo ad tertiū autem, cū ibi uoluntas hominis, in opere meritorio ipſi gratiæ mouenti, inclinanti, trahenti, & inſpiranti conſentiat, Et per hoc conſenſus ille qui meritum dicitur originaliter (Nam in libero arbitrio oportet originaliter & meritum quærere & demeritū) actus ſit uoluntatis, Verum eſt affirmare ꝙ in eliciendo illū actum ipſa uoluntas cooperat̃ gratiæ, & gratia cooperatur uoluntati, & ſic ambæ cōcurrunt. Ex quo conſequitur, quod quamuis gratia totū operetur, quia non producitur per partes, non tamen totaliter, hoc eſt, ipſa ſola ſine uoluntatis concurſu. Nec tamen ex hoc ipſa uoluntas contra deum aut gratiam quicquam gloriari poteſt, quaſi aliquid habeat ex ſe, aut ex ſe fecerit, nam illum actum nunquā eliceret ſine gratia. Et cum hoc habet & poſſidet illud a deo, ſicq; totum bonū noſtrum illi eſt adſcribendū ueriſſime, A q̄ bona cuncta procedunt, & ſine quo nihil eſt bonum, quia omnia per ipſum facta ſunt, &
Ioan. 1 ſine ipſo factum eſt nihil, Quia igitur omnia

benefecit, Benedictus ſit ipſe, & in ſeipſo & Mat. 7
in cunctis operibus ſuis in ſeculorum ſecula, Amen.

CONATVS VI.

EXtra hanc harenam in alia paleſtra uiri fortes ex fortiſſimis Iſrael ſuas conātur probare uires, accedamus & nos candide lector, & quas uentilent curas, quibuſue nitantur uiribus, contemplemur. Et ecce aſtantibus nobis ſaxa uoluunt ingentia, Lapides forte ſunt quos e medio Iordanis (ſacræ uidelicet ſcripturæ) alueo robuſtiſſimi quiq; extulerunt ad caſtra. Apoſtolos noto, Qui ſpirituſſancti flatu ſiccato Iordane Ioſue. 4
flumine, profunda eius limpido contemplati ſunt intuitu, Indeq; ſaxis ſublatis promiſſam calcare cœperunt terram, hæc in harena iacta, non modo in miraculi ſunt monumentū, uerum quoq; ſtudioſis quibuſq; in exercitiū, Neq; enim ambigendum ea ſacræ ſcripturæ ſignare myſteria, aquæ currentis meatu, cortice uidelicet literæ uelata, nō niſi torrente ſpiritu, non utiq; humano, ſed diuino reuelanda, Hoc ſiquidem diuinus ſpiritus ſibi reſeruauit magiſterium, ut ipſe auctor exiſtens, ueri quoq; intellectus non ambigatur illuſtrator, ob quod nullus niſi diui

no afflatus ſpiritu certum ſibi indubitatũq́ polliceatur aut uindicet intellectũ, quaſi ſolus inconcuſſam calleat in diuinis apicibus ueritatem. Prætereunt ea propter plurimi,
Dan. 12 & multiplex erit non error uerum ſcientia, dum robuſtus quiſq́ uiribus quibus præualet ſaxa hæc e terra ſuſtollere, uel ſaltem euoluere conatur. Quis autem cohibebit & nos candide lector, ne non ſolum aſtemus ſpectatores, ſed & uirtutem ſi quam a largifluo accepimus ſeruatore probemus. in cõmune producta ſunt ſaxa, ad harenam citantur cuncti, robuſtioribus tamen primum deferre locum placet.

Primo aũt proſpectu ingens uoluit ſaxũ, ſanctiſſimum uidelicet euchariſtiæ ſacramẽtum, quibuſdam differentibus ipſum in teſtamentum, non in ſacrificium, inſtitutum. Alijs & in teſtamentũ, & in ſacrificium largiflua charitate a domino Ieſu nobis donatum. Horum uirorũ fortium in euoluendo
Mat. 26 ad ſuam quiſq́ partem luſtremus uires. Euangelico primi nituntur elogio, Hic eſt ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Quo uerbo taxari dilucidæ inſtitutionis tum cauſſa tũ effectus uidet̃, Cauſſa quidem pro noui teſtamenti confirmatione, Ef

fectus uero, in remiſſionem peccatorũ. Porro ubi teſtamentum uel conficitur, uel confirmatur donum confertur teſtato, non ſacrificium inſtituit. Hæc autoritas ſufficere uidetur ſola, ut uõ ſacrificiũ dicatur. Aduerſarij uero ad alteram partem, lateraliter ſaltem ſaxum hoc euoluere conant. Vires quibus nituntur ſunt Sacramentũ hoc nõ modo in teſtamenti confirmationem, uerum quoq; in paſſionis & mortis ſuæ perhennẽ memoriam eſt inſtitutũ. Vnde ipſe ait, Hoc facite in mei recordationem. Et ſanctus Paulus, Quotieſcũq; enim comederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem domini annunciate donec uenerit. In paſſione autem ſua & morte, omnia legalia conſummauit ſacrificia, dũ ſeipſum & ſummus ſacerdos & hoſtia deo patri in reconciliationem humani generis immolauit, In qua nedum ſeipſum immolauit, ſed ut per alios immolatus eſt, teſte ꝓpheta, Oblatus eſt quia ipſe uoluit. Si oblatus eſt, cui oblatus eſt? Vtiq; deo patri. a quo oblatus eſt? a Iuda traditore, a perfidis Iudæis, præter eorũ inſtitutum. An ab electis ſecundũ ſanctum dei propoſitum? qui in ueteri teſtamẽto ipſum compluribus ſacrificiorũ in uolucris, In nouo uero in propria perſona naturæ inſita hu

Luc. 22

1. Cor. 11

Eſa. 53

manæ deo patri obtulerunt & offerunt, q̃d potiſſimum in altaris dominici ſacramento fit, in memoriam oblationis, in cruce cõſummante ab eo inſtituto. Præterea cũ Iudæi in ueteri teſtamento cõmunia & legalia ex inſtitutione diuina habuerint ſacrificia, non uidetur quin in nouo teſtamento ſacrificium aliquod cõmune & legale haberi debeat, uerum & luminoſum per illa ueluti figuralia & umbratica præſignatum.

Malach.1 Ad hæc cum deus per prophetam dicat, Non eſt mihi uoluntas in uobis, nec munus accipiam de manu ueſtra. A ſolis enim ortu uſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meũ in gentibus, Et in omni loco ſacrificaẽ & offertur nomini meo oblatio munda. In quibus uerbis ſacrificiorũ ueteris legis ſignatur reprobatio, & ſacrificij nouæ legis acceptatio Quæritur, quæ ſit illa nouæ legis oblatio mundaẽ, Non opera noſtra, uel quodcũq; ex nobis prodiens, teſte enim propheta, O-

Eſa.64 mnes iuſtitię noſtræ ſunt ſicut pannus men

Iob.25 ſtruatæ, Et nemo mundus natus de muliere conſequens ergo eſt, q̃ ſit ſacramentum euchariſtiæ, quod mundiſſimũ exiſtens, ex ſe eſt deo patri gratiſſimũ. De una quippe nõ de multis loquiẽ Propheta. Accedit q̃ uer-

Mat.26 ba noui teſtamenti cõfirmationem reſonāt

tia, nō de corpore referuntur, ſed ſanguine, uidelicet, Hic eſt ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti. Nec corporis annectunt conſecrationi, non igitur obſtat quin corporis Chriſti ſacramentū hoſtia ſit ſalutaris, cum & in ueteri lege ſanguis non fuerit immolaticius. Cooperātur & ſanctorū apoſtolorū acta, in eorum legendis exarata, qui hoc Sacramento & in ſacrificiū uſi ſunt, ut in uetuſta ſancti Andreæ claret legenda, qui inter alia pro conſuli tale dediſſe fertur reſponſū. Ego quotidie deo omnipotenti agnum ſacrificio immaculatū, & quod de ſacramento referat annexa probant, ſubnectit enim, qui cū ab omni populo commeſtus fuerit, integer permanet & uiuus, niſi quis effrons omnes ſanctorum conuellere cenſeat legendas, quod tamen nullus etiam in Ethnicorum faciendū pronunciabit hiſtorijs. Ad hæc primi, uno uerbo cuncta hæc diluunt, quod in nullo euangeliorū paſſu in ſacrificium recenſetur inſtitutū a Chriſto, in teſtamentū uero Lucę clarius.

Repugnant diuerſarij, reſponſionem hāc affirmantes diminutam, huius fundamentum ex Euangeliorū producentes codice, dicēte domino diſcipulis in ultima cœna, Adhuc habeo multa uobis dicere, ſed non po- Ioan.16

ceſtis portare modo, Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem, Ex quo uerbo duo elici uidentur, Primum, ꝙ Chriſtus non omnia diſcipulis & fidelibus tradenda, in propria perſona reuelauit, ſed multa ſpirituſſancti magiſterio reſeruauit. Nimirum cum ſit corporis Chriſti myſtici, q̊d eſt eccleſia, ſpiritus, uitam ſenſum & motũ influens in ipſum, & omnia eius membra. Secundũ, quod reuelata per ſpiritũ ſanctum de uoluntate patris, nõ minus ſunt ad credendum & agendũ obligatoria, quam per Chriſtum Euangelizata, quod in pleriſq; ſacræ paginæ paſſibus liquet. Et ut nonnulli aduehantur, qua auctoritate Apoſtoli præditi alijq; ſeniores in concilio Hie-
Mat. 5 roſolymitano, circumciſionem & legalia ueteris teſtamenti a deo inſtituti abrogarunt, cum de his Chriſtus pronunciauerit, Nõ ueni ſoluere legẽ & prophetas, ſed adimplere, niſi familiari ſpirituſſancti reuelatione? Vnde decretum in hæc uerba, Antiochiam mi-
Act. 15 ſerunt, uiſum eſt ſpirituiſancto & nobis nihil ultra imponere uobis oneris, quã hæc neceſſaria, ut abſtineatis uos ab immolatis ſymulacrorum & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. En quãta fideliũ in ſpirituſſancto congregatorũ autoritas, quã præſentiſſima

ſpiritusſancti, & infallibilis illuſtratio. Qua præterea facultate idem apoſtoli formam baptiſmi a ſeruatore expreſſe præfixam, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, immutauerunt baptizãdo in nomine domini Ieſu Chriſti? niſi eodem ſponſæ Eccleſiæ ſpiritu reuelante. Num abbreuiata eſt apud apoſtolorum ſucceſſores, uel noſtro æuo, ſpiritusſancti manus, ut non aperire ualeat & his & nobis beneplacitum dei patris? Aut certe uolũtas diuina benedicta primis ita affixa eſt euangelium inſtitutis, ut pro temporum qualitate uarietateq́, nec unum iota queat immutare. Conciliũ quidem non mutat, uerũ cæremoniale inſtitutum nil refert ſi mutetur ab ipſo. Quid ſi hodie certa infallibiliq́ ueritate patris decretũ nouũ nobis per ſpiritũſanctum innoteſceret, quantũcunq́ a prioribus diſcrepans, nõne ad obtemperandũ obſtricti eſſemus & iure diuino, Nam quid eſt ius diuinũ, niſi ſanctiſſima dei uoluntas, aut eius decretũ certitudinaliter nobis prolatum, obligans nõ ad implendũ, Qua deniq́ præſumptione ipſimet apoſtoli infirmos ungebãt oleo, q̃d eis non legitur commiſſum a Chriſto, ſi nõ familiari colloquio, & ſi non ſcripto, eis traditum eſt ab ipſo? Plura in hunc modum

Mat. 28
Act. 10
Act. 19
Mar. 6
Mar. 10
Luc. 9

produci poſſent pro reſponſione alterius partis eneruanda quæ aduerſarij iſti decernunt prætereunda.

Dicent forte primi, multa apoſtolis per ſpiritum ueritatis tradenda, de quibus ſaluator loquitur, poſt miſſionem ejuſdem ſpiritus, per eoſdem apoſtolos in ipſorum epiſtolis ſunt conſcripta, Ac per hoc cuncta & credenda & operãda, in canone noui inſtrumenti comprehenſa. At hic hæc euaſio per ſuperiora præcludit argumenta, prçterea in Apoſtolorũ epiſtolis perſpicuũ non uidetur, quæ doctrinæ ſint tanquã de iure diuino obligatoriæ neceſſario proſequẽdæ, quę uero ſicuti ſalubres apoſtolicæ exhortationes, auiſationes, inſtitutiones &c. complectendæ. Neq; enim ex hoc quod in ſacro cõplexæ ſunt canone pari obligant uinculo, ut omnes de iure cenſeant diuino, niſi quis dicat etiam omnes Salomonis parabolas eſſe de diuino iure, quia ponuntur in ueteris inſtrumenti Canone. Cur & ipſe ſanctus Paulus diſſimili utit ſtilo, ut nonnunquã dicat,
1.Cor.7 Præcipio nõ ego, ſed dominus, ſi cuncta eius dicta dominica ſunt præcepta.

Cernis candide lector uirorũ iſtorum robur, En ſudoribus madent, & nec dum lapis reuolutus, & forte nec motus quidem,

ſed cui uires impendemus noſtras, quã iuua bimus partem, ut ſic actis uiribus aut pręualeat, aut certe plures cogatur aduehere ſuppetias. Optarem ex animo partes diſſidere minime, ſed in unũ omnium uiribus collectis unanimi impetu petram euoluendam, adferamus nihilominus & noſtras operas, & uenas lapidis inquiramus.

INDAGO PRIMA.

Cum homo ex corpore conſiſtat & ſpiritu, quæ ſanctus Paulus exteriorem hominẽ nuncupat & interiorem, deũ in utroq; tenet colere, colendoq;, eũ utriuſq; autorem recognoſcere. Hæc lex naturalis luminis, in humanis ſcripta cordibus inconuulſe & apud omnes gentes, etiã idolatras, eſt ſeruata. Ob quod, quia uerum deũ ignorauerunt, Idola coluerunt, diuinũ in eis credentes numen. 2.Cor.4

INDAGO SECVNDA.

Quanto homo interior exteriorẽ pręcellit, tanto cultus diuinus qui interiori adminiſtratᷓ præſtantior eſt eo, qui in exteriori geritur. Agitur autẽ interior in ſpiritu, fide firmiſſima, ſpe certiſſima, charitate ardentiſſima. Hunc itaq; fides initiat, proſequitᷓ ſpes charitas maior horũ trium conſummat, fides præcentrix diuinas intonat laudes, ſpes ſuccentrix ſuſtollit in ſublime uoces cordis, 1.Cor.13.

Charitas officiatrix, dum ſpiritũ creatũ increato unit, collecta concludit, fides infallibilem ueritatem, ſpes æternam maieſtatem, charitas abyſſalem magnificat bonitatem. Salutis ergo exordium fidei debet, quia ſine meritis pręambulis iuſtificat, profectus ſpei tribuitur, quia plena fiducia deo innititur, charitati perfectio donat, quæ omnibus donis ſupereminet & chariſmatibus, quia in deum finaliter reducit. fidei applicantur opera, fidei, inquam, ſpirituſancto grauidæ, non ſterili & infœcundæ, ſiue informis, ſiue acquiſita dicatur. Hæc nempe prægnans fides fructibus bonis plena eſt, in quos ramificat oportunitate habita, quę ſi defuerit, cõplectitur eos uirtute & animi promptitudine. Aſſimilatur equidẽ a ſaluatore grano ſinapis, minuto quidẽ corpore, uirtuoſam autem ſeminalẽ rationem cõtinenti, nã maio-

Mar. 4 rem omnibus oleribus producit herbam, & hac ratione fides nunquã a bonis operibus uacans reperit & ſterilis. ſpei dantur uota & ſuſpiria, cuius ardor poſtulare facit gemitibus inenarrabilibus, cũ plena aſſequendi fiducia, currit enim non quaſi in incertũ, pugnat non quaſi aerem uerberans, charitati ſupermentales in deum traduntur exceſſus, ſicq; fides uim illuſtrat rationalem, ſpes

iraſcibilem roborat, charitas concupiſcibilem inflammat, fides appropriate uerbū colit æternum, ſpes patrem reueretur, adoptionem expectans filiorū dei, charitas ſpiritum ſanctum ſuum recognoſcit autorem, Siquidem charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, Fides Ieſu Chriſto incorporat & membrum redemptionis innectit, ſpes totis ei uiribus innititur, charitas inipſum fontale & abyſſale bonū ingredit̃, fides in contemplationem eleuat, Spes excitat in admirationē, Charitas extaſim operat̃, fides ab omnibus peccatis purificat, Spes ad omne opus bonum roborat. Charitas dum in deū transformat imaginem eius in primordialem plene reſtituit ſtatum. Sicq; fit ut his dotibus fidelis aſſequat̃ uere, quod fallaciter angelus & homo primus cōcupierunt & peruerſe, Nempe per fidem colluſtratus, & inter bonum & malum dilucide iudicans, fit omniſciens, per ſpem in diuinam fidens potentiam indefectibilem, fit omnipotens, Nō ſedē cū Lucifero ad aquilonem, regionem frigidā, ponendo, ſed omni uirtute diuinæ uirtuti inhærendo, Per charitatem in abyſſalem bonitatem abſorptus, nedū deiformis, ſed & deus dici meretur. Nam qui adhęret deo,

Rom. 5
Act. 15
Gen. 3
Eſa. 14

unus ſpiritus eſt, Si unus cum deo ſpiritus,
1.Cor.6 erit ergo deus, ut uere dictum ſit per prophe
Pſal.18 tam, Ego dixi, dīj eſtis, & filīj excelſi omnes.
uerus dei ecce Chriſtiani nõīs gloria, En uerus dei cul
cultus tus, ſecundũ cultum cœleſtis patriæ exemplatus & effigiatus, ut optime quadret dictum Ioan. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſa
Apoc. 21 lem nouam deſcendentem de cœlo a deo paratam. Et audiui uocem magnam de throno maieſtatis diuinæ dicentem, Ecce tabernaculũ dei cum hominibus, In quo ille uerus & ſyncerus celebratur cultus, & habitabit cum eis per gratioſam acceptionem, & ipſi populus eius erunt. Spiritus eſt deus,
Ioh.4 ait ſaluator, & qui adorant & colunt eũ, in ſpiritu & ueritate adorare oportet. Nam pater tales quærit, qui eum in ſpiritu & ueritate, nõ in carne & umbratili cultu colunt. Talium enim uult eſſe deus per gratiam eos inhabitando illapſu amabili, influxu mirabili, ſit nempe gratia in eis fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Nam per gratiam deus eſſentiam animæ inhabitans, radios ſuos per omnes eius uires multiplicat, rationalẽ clarificando, iraſcibilem roborando, cõcupiſcibilem lętificando, ut ſic omnia credat, oĩa ſperet, omnia ſuſtineat. Hunc cultũ legitimũ dixerim nõ adulterinũ, ſyncerum non quę-

ſtuoſum, Vere enim pius eſt, nihil niſi glori am dei quærens, omni priuato tum cõmodo, tum amore poſthabito, Credit propterea æternæ ueritati, & in ęternam ueritatem propter ſe, quia in ſe fons puriſſimus eſt, nullis errorũ reſperſus pulueribus, Sperat immenſam participare maieſtatẽ pro eius, nõ propria gloria, Amat & utriſq; amoris brachijs complectitur abyſſalem bonitatem ipſam omni priuato cõmodo, omni priuatę uoluptati prçferens. Hęc enim duo brachia ſunt animæ, amor commodi, & uoluptatis. Num non in illo cultu pijſſimo iocundabit dominus? iuxta Eſaiæ uaticinium, Exultabo in Hieruſalẽ & gaudebo in populo meo, Eſa. 95 Delicíæ enim eius eſſe cũ filijs hominũ. Si- Pro. 8 cut aũt cultus hic dei a cultu cœleſtis patrię & beatorũ eſt effigiatus, ſecundũ exemplar utiq; quod nobis in monte hoc ſublimi mõſtratum eſt, Sic cultus exterior eccleſiaſticus Exo. 25 uel monaſticus ſecundũ illum internum, & ad illum eſt inſtituendus & referendus, alioqui aridus erit ſterilis & inſulſus, ut de eo Mat. 15 quereletur dominus, Populus hic labiis me honorat, cor aũt eorum longe a me eſt. Nã ex deuotione interna cultus erumpere debet exterior, ut ſic exultationes dei ſint in gutture, quia prius ſunt in corde. Memoriã

Pſal.144 (inquit propheta) abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, Et ex abundantia cordis os
Mat.12 loquit. Alias, Quid deo cum boatibus noſtris? Hic cultus internus ſuos habet ritus, ſuas ceremonias nullis præſcribendas legibus. In libertate gerit ſpiritus, qui uerius agitur quā agat, ut ubi fuerit impetus Spiritus ſancti, illuc modo gradiant, modo currant & ſicut ſcintillæ in arundineto diſcurrant, modo uolent, modo rapiantur, & ſecundū uarium ſpirituſſancti attactū diuerſam reddant melodiam, ueluti cithara uel organum ad citharœdi pulſum, habet nihilominus
Mar.12 ſua ſacrificia. Diligere deum ex toto corde ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus uiribus, quod maius eſt omnibus holocauſto
Pſal.50 matis & ſpiritum contribulatum, Nam cor contritum & humiliatum deus non deſpiciet.

INDAGO TERTIA

Præter cultum præmiſſum internū præſtantiſſimū deoq; gratiſſimum, cultus quidam expetit ab homine exteriori externus interioris quandā præ ſe ferens imaginem, hic corporalis erit & ſenſibilis, ſoli tn̄ maieſtati diuinæ tributus quo anima foris in atrio ſui corporis ſacrificet, ut ſicut ſpiritus in ſuperiori exultat in deo ſalutari ſuo, ſic ai-

ma forinſecus magnificet dominum, Hunc mater Eccleſia in eccleſijs ſtatuit frequentandū, Vt filij eccleſia in eccleſijs benedicāt dominū de fontibus Iſrael. Et iſte quoq; neceſſarius eſt, tum ut ab exteriori quoq; homine diuina colat maieſtas, tū ut internus erūpat in externum, Sicuti in paradiſo fons in medio eius ebulliens, foras egredit ad irrigandam oēm terram. Et domus tua plena ſit a maieſtate dei, tū deniq; ut ignaui & torpentes forinſeco cultu admoniti ad internum & externū excitentur. Pſal. 67 Gen. 2 Eſa. 6

INDAGO QVARTA.

Cultus iſte exterior ſoli deo debitus & p̄ſtandus multipharius quidem eſt, multiplicíq; impendit obſequio, ſpeciali tamen modo in ſacrificio conſtat & exercetur, nam in omni cultu ſacrificiū eſt unum de potiſſimis in quibus ipſe uerſatur, unde & in lege naturæ & ſcripta moſaica fuerunt in cultu ueri dei ſacrificia. In cultu quoq; Idolotico apud omnes gentes ſacrificabat dijs, quaſi ſit de lege naturæ diuinis numinibus ſacrificare. Licet aūt tempus gratiæ dies ſit, & ueritas reſpectu temporis moſaicæ legis, q̄d (Paulo teſte) nox dicitur & umbra, ad ſtatum tamē futuræ beatitudinis relatum, cognitionem habet ſpecularem & ænigmaticam ſtatui Rom. 13 Heb. 10

1.Cor.13 uiæ conſonam, uidemus enim nunc per ſpe
Pſal.38 culum in ænigmate, & in imagine pertranſit homo, Vnde reſpectiue cultum expetit ſenſibilibus ſignis & factis diuinitati impendendum.

Conſectarium.

Igitur in cultu diuino nouæ legis exigitur aliquod ſacrificiũ, ut ſic cultus exterior cultui quadret interiori, & lex gratiæ legi reſpondeat naturæ & moſaicæ. Porro, ſacrificij huius qualitas ex ſequentibus liquebit indaginibus.

INDAGO QVINTA.

Sacrificiũ nouæ legis debet eſſe ſenſibile aut ſenſibilibus ſignis uelatũ, tum quia ab homine pertractat̃ exteriori, tum quia tale ſtatui uiæ congruit, tum tertio, quia deus incarnatus ſenſibili ſe nobis donauit modo, congruit ut & ſenſibili ſacrificio nobis ab ipſo donato eũ colamus.

INDAGO SEXTA.

Col.1 Sacrificiũ nouæ legis debet eſſe generale
Rom.12 totius religionis Chriſtianæ. Cum enim ec-
1.Cor.12 cleſia unum corpus Chriſti myſticũ ſit, cuius omnes fideles ſunt membra, expetit illa corporis & membrorũ unitas, unitatem diuini cultus & ſacrificij, præter ſingulorum membrorum priuatum cultũ & deuotionẽ,

ne quiuis ſibi cultũ & ſacrificiũ pro ſuo præ ſtituat captu. Eſt quoq; ſacrificij unitas pluralitate amabilior, & uarietate acceptabilior, minuſq; oneroſa prout ſtatui nouæ legis congruit, Cuius iugum ſuaue & onus leue. Mat. 11

INDAGO SEPTIMA

Sacrificiũ nouæ legis debet eſſe, non humana præſumptione, ſed diuina uoluntate inſtitutum. Quis nanq; deo quippiam offerret non præhabita certa notitia diuinæ gratificationis & acceptionis, q uidelicet deus illud ſibi offerri uelit, & per illud placari. Porro uoluntas diuina quibus modis quibuſue muneribus coli placariq; uelit, ſine præambula reuelatione cõſtare poteſt minime. Exigitur ergo diuina inſtitutio & illius certa reuelatio. Hęc creditur & in lege naturæ Adę, Noæ, alijſq; patriarchis facta. De lege Moſaica clara eſt ſacra ſcriptura, de ſacrificiorum ritu a deo inſtituto, & ſi in lege moſaica a deo tradita ſunt ſacrificia umbratica, multo fortius noui teſtamenti ſacrificium a deo debuit inſtitui.

INDAGO OCTAVA.

Sacrificium nouæ legis debet eſſe præcellentiſſimũ, ad quod requiritur, q ſit perfecte offenſarũ abſterſiuum, dei placatiuũ, bonorũ ſpiritualium impetratiuũ, & deo ſum-

me acceptum. Perfectiſſimus ſiquidem ulæ ſtatus tale expoſtulat, nec aliud cõuenit ſtatui reuelatę gratiæ, qui proxime diſponit ad ſtatũ patriæ, per quod etiam reſpondet legi Moſaicæ, in qua quædã erant ſacrificia pro peccato, alia pacifica, nonnulla holocauſta, Et cum omnia hæc in uno reperiri poſſint ſacrificio, erit utiq; illum ſumme, gratiæ reuelatæ quadrans.

Conſectarium.

Igit̃ cum nullũ tale reperiri ualeat in noua lege præter ſanctiſſimũ euchariſtiæ Sacramentũ, in quo Chriſtus noſter benedictus nobis eſt præſentiſſimus, ſecundũ ſuum fidelıſſimũ promiſſũ, Ecce uobiſcũ ſum uſq; ad cõſummationem ſeculi, In quo & deo patri bene complacuit. Et nedũ nobis præſentiſſimus, uerũ quoq; totus & totaliter nobis traditus, & a patre & a ſeipſo. Conſequens erit, q̃ ſit nobis tum in teſtamentum, tum in ſacrificiũ. Cum enim noſter ſit, cur non hac potiemur facultate, ut ipſum deo patri offeramus, & per ipſum placemus deũ patrem? Et hoc totũ uolente deo & inſtituente deo, acceptante deo. Nonne hoc erit iure diuino quod deo gratificante gerit̃, ut & in nobis uerificet̃, Oblatus eſt, quia ipſe uoluit, Nec per hoc quicquam teſtamento decerpit̃, ut

Mat. 28
Mat. 3
Chriſtus noſter ẽ.
Eſa. 53

in remiſſionem peccatorũ ſumamus, & nihilominus pro tanti beneficij iugi memoria & gratitudine ipſum deo patri ad cumulatiora chariſmata obtinẽda offeramus. Quid non fidelis obtinebit tam precioſiſſimo munere deo oblato.

INDAGO NONA.

Sacrificiũ hoc benedictũ a deo patre ſponſæ dilecti filij ſui ſumma prodigalitate donatũ, quanquã principaliter pro eadem ſponſa Eccleſia uidelicet eſt offerendũ, nihilominus tamen, quia bonum corporis ſingulis ſubminiſtratur membris, & ſalubris membrorũ ſubſiſtentia ſalubritati corporis præiudicat minime, quin uerius fortiorem efficit compaginem, pro ſingulis membris, nec nõ ſingulorum membrorũ ſingulis neceſſitatibus, deuoto corde cũ b. Maria uirgine ĩ templo & altari ſcõ deo patri eſt ſiſtẽdum. Nõ minori quoq; fide & deuotiõe etiam ꝓ fidelibus defũctis pater æternus gratiſſimo hoc munere eſt placandus. Cũ eñ membra ſint ĩ nobis corpe uno capitis noſtri cõpagineta egeãtq; cõmuni corporis beneficio ut eiuſdem capaces exiſtãt, iuſte a nobis expetunt de cõmuni theſauro hoc, ſuas releuari neceſſitas, pieque hocipſum impendimus ſuffragium, in quo dum & Chriſti amoroſa

& efficaciſſima paſſio,noſtraq; ad pios egẽtes defunctos charitatiua ſynceraq; affectio ſibi obuiant, non poteſt a patre miſericordiarum pati repulſam.

INDAGO DECIMA.

Pro tam ingentis ſacramenti ſacrificijq; reuerentia ex pietate chriſtiana complures ordinati ſunt ritus & cæremoniæ, non ſine ſpiritusſancti ſuggeſtione,&ob hoc minime floccipendendæ,quæ & ſi ad utriuſq; ueritatem & acceptionem nõ ſint neceſſariæ,quia tamen cultum diuinum plurimũ exornant, fideliũ deuotionem excitant, & exuberantia diuina in nos beneficia commendant,ſolertius ſunt obſeruandæ, huiuſmodi ſunt in miſſa cantica,ſacerdotalia indumenta,& cæremoniæ a ſanctis patribus inſtitutæ,necnõ pleriq; alij ritus,internæ fidei & deuotionis teſtes,bene ad principalem cultũ, qui ſpiritu geritur quadrantes.

CONATVS VII

SAxum aliud & quidem ponderoſum, priori ex latere contiguũ, ſacerdotium ſcilicet in tempore reuelatæ gratiæ a Chriſto inſtitutum,ſub eius ſummo militans ſacerdotio, nõ modicos ſtudioſis plæriſq; eli

quat ſudores, dum nõnulli iſtud ad hoc conanť euoluere, ut decernant ſacerdotiũ reuelatæ gratiæ omnibus conuenire fidelibus, Et dignitatẽ hanc in baptiſmo conferri ſingulis, nec ad executionem quippiam niſi popularem requiri inſtitutionem. Alĳ ipſum ad oppoſitam uoluere nitentes regionem, affirmant ſacerdotiũ hoc conuenire nõ fidelibus quibuſcꝫ, nec ad ipſius adminiſtrationem popularem ſufficere cõmiſſionem, ſed diuinam exigi uocationem.

Primi ſacris nituntꝛ literis ſanctũ Paulum ſtatuentes teſtem, qui in nõnullis locis dilucide aſſerit omnes fideles eſſe corporis Chriſti myſtici membra ſub uno capite Chriſto, ut uerbi gratia ad Roma. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra non eundem actũ habent, Ita multi unũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter alterius membra. Et ad Corint. In uno ſpiritu omnes in unum corpus baptiſati ſumus, & omnes in uno ſpiritu potati ſumus. Et infra, Nũc autem multa membra, unum uero corpus. Sequitur, Vos autem eſtis corpus Chriſti & membra de membris. Ad Ephe. quocꝫ ait, Vnum corpus & unus ſpiritus ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtrę. Ex quibus omnibus hæc affertur ſen

Rom. 12

1. Cor. 12

Ephe. 4

Ibidem tentia, q̄ oēs fideles ęqualem habent a Chri ſto capite dignitatē, & q̄dlibet eget alterius miniſterio. Nā ubi unū corpus & unus ſpiritus, una ſpes uocatōis, unus cibus, unus potus, unus dn̄s, una fides, unum baptiſma oia unū. Quid diſcriminis erit inter mēbra, in quibus tantam deus ſtatuit unitatē? Aſtat & ſanctus Petrus, inquiens, Ipſi tanquā
1.Pet.3 lapides uiui ſuperædificamini domus ſpirituales, hoſtias acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum. Subſequit̄, Vos aūt genus electū regale ſacerdotiū, gens ſancta, populus acquiſitōis. Hæc Petri uox oīm fidelium pul-
Apo.1 ſat aures. Adſtipulat̄ ſanctus Ioannes oēs fideles in laudem dei, & gratiarū actiones citans, Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, Et fecit nos regnū & ſacerdotes deo & patri ſuo. Et infra eadem re
Cap.5 petit uerba, Feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes.

Gala.1 Porro aduerſarij nō minus ad noui inſtrumenti confugiunt arma. Et S. Paulū citant, ut eorū tueatur partem, Ex ſua propria uocatione, quā ad Gala. teſtat̄, Non ab hoībus
Act.13 neq; per hominē, ſed per Ieſum Chriſtū, & deum patrem factā. ut & apoſtolicorū actuum liber taxat, Segregate mihi Saulū & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos, ait

ſpirituſſanctus, De quo ad Corinth. quoqꝫ 2.Cor.3
ait, inquit, Qui & nos idoneos fecit miniſtros noui teſtamenti, nõ litera, ſed ſpiritu. Claret ex his miniſtros noui teſtamenti nõ a poteſtate ſeculari, uerum a deo debere inſtitui, Qui ſicut ſolus facere miniſtros idoneos poteſt, ſic ſolus inſtituere debet, Nec prima pars ſufficienter ſuum ſtabiliſſe uidet̃ propoſitũ. Admiſſo nãqꝫ ꝙ oẽs fideles mẽbra ſunt in uno corpore Chr.ſti, non ſubſtituitur illatio ob hoc oẽs æquales eſſe in oĩbus, quin luce clarius diuerſos in eiſdem citatis locis, oſtendit fidelium gradus. ad Corinthios quippe ante productum teſtimonium ait, Diuiſiones gratiarum ſunt, Idem 1.Cor.12.
autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationũ ſunt, Idem autem dominus, Et poſt pauca. Quoſdam poſuit deus in eccleſia, primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, dehinc uirtutes &c. Et ad Ephe. Vnicuiqꝫ noſtrum eſt data gratia, ſecundũ menſuram donationis Chriſti, Et quoſdam quidem dedit apoſtolos, quoſdam aũt prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſeruationẽ ſanctorũ, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, in quibus tria perſpicue notare uidet̃ Apoſtolus.

Primũ quidem quod miniſterium noui teſtamenti,gratiæ exquirit donationem,eidem quadrantem. Secundum aũt, ꝙ miniſtrorũ idoneorũ datio eſt a deo. Tertium uero, ꝙ corpori Chriſti myſtico non officit ſi non modo diuerſa officia,uerũ quoq; dignitatũ gradus diuerſi in membris eiuſdem ſta-
Exo. 28 tuantur. Cum & in corpore naturali unum membrũ, dignitate aliud excellat, Accedit ad hoc quod ueteris quoq; inſtituti ſacerdotium non ſine diuina & electione & uocatione eſt adminiſtratũ; Quod & præcioſiſſimis ornamentis deo iubente excultũ eſt. Firmius hanc ſtabilit ſententiam San. Paulus,
Heb.5 Hebræis ſcribens; dum inquit. Nec quiſquã ſibi ſumit honorem, ſed qui uocatur a deo tanquã Aaron. Vnde de quibuſdã per
Hiere.23 prophetam querulat̃ dominus. Currebant & nõ mittebam eos. Fulciunt hĳ quoq; ſenſum ſuũ perſuaſione huiuſmodi, Si omnes fideles iure baptiſmi ſunt ſacerdotes, ex æquo utriq; cõueniet ſexui. Nam in Chriſto
Gala.3 non eſt maſculus neq; fœmina. Qua auctoritate apoſtolus totum fœmineum hoc iure tã præcellenti ſexum priuauit,unũ de potioribus eidem interdicens Sacerdotĳ actum ſeminandi uerbum dei, Iuxta illud prophe-
Mala.2 tæ, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,

& legem ex ore eius requirunt, Ait enim ad Timotheū, Docere mulieri non permitto.

Vtriuſq; partis candide lector munimenta audiſti uireſq; in ſaxi impulſu cōſpicatus es. Accedentes experiamur, & nos conamina noſtra, & diſſidentes pro parte ſaltem ſatagamus conciliare.

INDAGO PRIMA.

Cum duplex in priore conatu monſtratus ſit diuinus cultus, ſecundum duplicem hominem ſubordinatus, Internus uidelicet qui & principalis, Et externus (qui Eccleſiaſticus nuncupari non inconſone poteſt) ad internū adminiculatiuus, ex ipſoq; erumpens, ueluti de ſcaturigine riuus. Erit & duplex ſacerdotiū duplici quadrans cultui, ſecundū eam ſacerdotij rationem & adminiſtrationem, qua diuino obſequitur cultui, Primū in templo officians interno, nō manufacto, ſed a deo per creatiuam potentiam ex nihilo ad ſuam imaginem & ſimilitudinē inſtituto, ſanctū continente, & ſanctū ſanctorum, Eccleſiam & chorū, animam uidelicet & ſpiritum, in quo deus pater colit in ſpiritu & ueritate, fide, ſpe, & charitate. Aliud quod in templis adminiſtrat manufactis, diuino cultui dedicatis, id quod, æqua quadratura uocari eccleſiaſticū placet.

INDAGO SECVNDA

Sacerdotiũ primum internũ, quia in ea geritur parte, quæ ſoli ſubeſt deo, ipſumq; ſolũ recognoſcit autorem, in ſpiritu ſcilicet, eſt liberrimũ ab omni humana iuriſdictione & exactione immune, ſoli ſpirituiſancto ſubiectũ, q̃ & adminiſtrat, hocq; pacto nullis humanis coarcta legibus, per ipſum ſpiritũſanctũ priuilegiatũ. Nam ubi ſpũs dñi, ibi liber-

2.Col. 3 tas. Eſt nihilominus pręſtantiſſimũ, & eo forinſeco ſiue eccleſiaſtico p̃ſtantius, q̃ in ſpiritu & ueritate, illud aũt in carne ſubminiſtrat & umbra. Eſt præterea iucundiſſimũ, quia tranquillũ & ſerenũ, quietum & pacatũ, Eſt proinde deo gratiſſimũ. Nã pater cœleſtis tales quęrit qui eũ in ſpiritu & ueritate coſãt, Erit deniq; ex hoc cuilibet fideli ſumme

Ioan. 4 amabile, totis niſibus adipiſcendum, totis complectendum uiribus totiſq; conatibus exequendum.

INDAGO TERTIA.

Hoc ſacerdotiũ internum regale eſt, in q̃ deus libera regnat charitate, nulla egens coerciua poteſtate, regale eſt, quia ſpiritum creatum cœleſtis regni regem conſtituit in terris. An nõ regnũ cœleſte, in humano corde quod cœleſtis pater ſua replet gratia. Filius

ueritatis colluſtrat radijs, Spūſſanctus charitatis incendit ardore, ut ſit deo gloria in excelſis, & pax in terris in hoc regno pacata ſunt omnia. Nec ullus motus ſenſitiuæ partis uoluntati eſt rebellis, cum & ipſa deo per omnia obtemperet, Pro illo poſtulat ſpūs gemitibus inenarrabilibus in cordibus noſtris. Adueniat regnum tuū, fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Tales ſpiritu dei aguntur, ideo filij dei ſunt, hi ſunt iuſti quibus non eſt lex poſita. Si enim ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege, ait apoſtolus, Nā libertate charitatis pœnalem timorem excludentis, omnia ſufferunt oīa credunt, omnia ſperant, oīa ſuſtinent, omnia deniq; operantur non habito ad mercedem reſpectu. Charitas ſiquidem mercenaria nō eſt, hi filij dei ab omni tributali exactione ſunt liberi, quā quam tributū pendant, ne infirmos ſcandaliſent, omnibus omnia fiunt, ut omnes lucrifaciant. Hoc regale ſacerdotium ueram piam & legitimam chriſtianā ſtatuit libertatem, ueram, inquam, non falſam, nō fucatam, piam nō iniquā malitiæ uelamen habentem, legitimam, non adulterinam in occaſionem carnis degenerantē. Hęc eſt ſpiritualis libertas nullis reſtricta legibus, nullis ceremonijs captiuata, nullis humaīs depreſ-

Rom. 8
1. Tim. 1
Gal. 5
Mat. 7
1. Pet. 2
Gala. 5
Libertas Chriſtiana uera

ſa traditionibus, ad hanc (quia uehementi ardore humanū concitat affectū) quiſquis
Gal. 5 aſpirat, ſciat ſeſe niſi crucifixa cum uitijs concupiſcentijs carne, niſi mactata in ara crucis propria uolūtate niſi omni inordinato pro
Gal. 6 fligato amore, Niſi ſe toto in nihilū redacto pertingere non poſſe, ut cū apoſtolo ualeat decantare fidentiſſime. Mihi mundus cruci
Gal. 2 fixus eſt & ego mundo. Et in alio loco, Viuo aūt iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus, Apoſtolica itaq; apoſtolicorūq; uirorū hæc libertas eſt. Proinde nulla pars nulla
1. Cor. 12 ſors in illa Chriſtiana libertate eſt homini animali qui non percipit quæ ſunt ſpiritus dei, uoluptatibus dedito, carnis furijs agitato, paſſionibus obnoxio, ſeruilibus timoribus ſtimulato, Verius ad Moſaicam reducendus eſt ſeruitutem, ut legalibus repreſſus oneribus, humanis coercitus inſtitutis, ac formidabilibus ſubactus pœnis, a malo retrahatur, & pedetentim gratia operante diuina prouehat ad bonum, in quo aſſuefactus & exercitus ad optimam hanc aſpiret libertatem, Non abnuo, nihilominus nonnullos, ſpirituſſancti magiſterio perfectiſſimo, celerrime adeam ſuffectos. Nimirū cū ſolus ſit huius inſtituti dolor, ſine cuius influxu nullus unquā ad ipſā eſt euectus, q in

docendo & perficiendo temporaria non eget mora. Verum communem inſequendo curſum nemo repente fit ſummus.

INDAGO QVARTA.

Conſpicaris candide lector non fruſtranea eſſe humana inſtituta, aut tanquã inania & nugatia repudianda, quaſi libertati Chriſtianæ ex aduerſo obuiantia, modo ſint ſalubria ſalubriterq; adminiſtrata. Salubria ſunt, ſi pro charitate ſiue augenda, ſiue eius contrario (cupiditate uidelicet) expungendo, ſeruato nihilominus diſcretionis libramine fuerint conſtituta, Vt ſic pro charita- Colo.3
te militent quæ uinculum eſt perfectionis, 1.Tim.1
& finis legis de corde puro conſcientia bona & fide non ficta. Contra quã ſi eorũ certauerit obſeruantia, iniqua utiq; erunt & noxia, ſalubriter adminiſtrantur, ſi lumine fidei præeunte, ac diſcretione, omniũ uirtutũ parente, comitante ad ædificationem obſeruantur. Deus enim poteſtatem dedit in ędi- 2.Cor.10
ficationem non in deſtructionem, hæc ſalubris adminiſtratio per hominem fit ſpiritualem, qui omnia dijudicat, & a nemine iudi- 1.Cor.2
catĩ iuſte. Carnalis uero, quia non ſapit quæ dei ſunt, iniq; iudicat. Et dum pro uera Euãgelij obſeruantia (quæ ſola Chriſtiana eſt) non ſecundũ conſcientiam zelat, euertit &

fundamentũ & ſuperædificata. Quid enim aliud eſt conſtitutio humana in manu carnalis, quã gladius in manu furioſi, qui plerũq; & ſeipſum trucidat & proximũ?

Conſectariũ primum.

Statuta regularia Liquet ex his dictis regularia inſtituta ordineſq; regulares (quos uocãt factitios) ſcolas eſſe Chriſtianæ diſciplinæ ſalubres, a ſpiritu ſancto per patres ſanctos ſalubriter conſtitutas, pro mundo & his quæ mundi ſunt poſtergandis, Iuxta illud apoſtoli, Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad anteriora me extendo, pro carnis edomanda laſciua, pro exterioris hominis per diſciplinã compoſitione, quia nõ prius quod ſpirituale eſt, ſed q̃d animale, Pro anima perinde uirtutibus exornanda, pro ſpiritu liberius in deum euehendo, pro perfecta deniq; libertate Chriſtiana aſſequenda. at hos atq; ſimiles ordinatos & adminiſtratos fines quis repudiabit. Aut facite (inquit ſaluator) arborem bonam & fructum eius bonũ, aut arborem malam & fructum eius malũ. Si opera ſunt ſpiritusſancti, cur cõdignus ſibi honor detrahitur, aut Belzebub aſſcribuntur? uerendũ ne quod ſubnectit uerificet, Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Porro abnui

Philip.3

1.Cor.15

Mat.12

minime poteſt, pleroſq; in his abuſus obtingere, ut quidam plus æquo in his hæreant inſtitutis, Ea quæ ad finem ſunt appretiantes pro fine, aliј dum nimiū zelant pro traditione humana, irritum faciant dei de charitate fraterna mandatum, aliј rigide ad literam, exploſo ſpiritu, cuncta autument ſeruanda, aliј his ſeruatis iuſtiores ſe (falſa opinione deluſi) aliјs æſtiment, alioſq; contra euangelium & charitatem ſiniſtre iudicent, Cum reuera in horū obſeruantia nulla conſiſtat eſſentialis & uera perfectio. Aliј de ſua profeſſione gloriabundi uocationem ſuam aliorum inſipide præferant inſtitutis ueluti artificum diſcipuli de bonis glorian-tes aptiſſimiſq; inſtrumentis, quibus tamen nullum artificiale uel ſciunt uel poſſunt opus conficere. Aliј perfectionem ſuam in his ſtatuētes, ad uerā nunquā aſſurgunt perfectionem, ſed nec aſpirant quidem. Hæc zizania ſunt, uerū cum tritici iactura minime conuellenda. Si ſeparaueris precioſum a uili (inquit dominus) quaſi os meū eris. Hiere. 15

Conſectariū ſecundum.

Non diſpari ſententia eccleſiaſtica diјudicanda ſunt inſtituta (quæ canones nuncupant) dummodo Euangelicis quadrent canones eccleſiaſtici

apicibus. Si pro charitate & pace fouendis militent, ſi ad iniquitatis pugnent eliminationem, ſi in eccleſiæ cooperant ædificationem, ſi non ſint arma iniquitatis peccato, ſi munimenta ſint tuendæ iuſtitiæ, ſi adiumento fuerint obſeruandæ legis diuinæ. Et hoc eſt ſe, ex ſe, inquam, nō ex uſu ſiue abuſu potentiæ, omnia inique in confuſum chaos miſcentis. Quid enim boni quod a peruerſo
Eſa.17 non peruertatur? cum pſalmographus dicat, Cum peruerſo peruerteris, Non refert ex qua iuſtiſſima quoq; cauſſa quis inſaniat nec tamen ob iniquorū abuſum omnia ſub ruenda, alioqui nec mundus iſte uniuerſus ſenſibilis ſubſiſtet.

INDAGO QVINTA

Habet ſacerdotiū internū ſpirituale & regale ſua ſacrificia, ſuas uictimas, ceremonias & ritus, eidem quadrantes, nullis uerbis aſſequendas. In cœlis geritur, in ſpiritualibus adminiſtratur firmamentis. Referant, ſi ualent, quā ſuauis eſt dominus, qui guſtauerunt, qui ſeipſos perfectū domino holocauſtum obtulerunt, qui in ara crucis cū domino Ieſu uictimati, cum eodem ſunt in eandē imaginem reſuſcitati, Ciues ſanctorū & domeſtici dei effecti, hæ ſunt ſpirituales hoſtiæ
1. Pet, 2 quas S. Petrus cōmemorat, in quibus deus

delectat. Nōne hoc hominū genus electum eſt, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis? Hunc cultū diuinum, hoc regale ſacerdotiū, ſanctus Paulus in omnibus ſuis ſtatuere ſatagit epiſtolis, tanquā fidelibus, ut cunctis, & ſolis congruens, Non in ſublimitate ſermonis, neq; in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis, Quibus uerbis illorū taxat uanitatem, qui nihil niſi elimatū, terſum floſculiſq; eloquentiæ adornatum, ac uerborum curſu faleratū legendum ac ſuſcipiendū autumant, quaſi ſpiritus ſanctus his allectus coloribus & foliorū uiridantiū delectatus ſonitu, efficatiores tanto operetur influxus, quo hæc adminiſtrata fuerint uberius. Vnde S. Paulum niſi eo ſpiritu trutinaueris, quo ille repletus ſcripſit, non ad eius pertinges medullam. 1. Cor. 2

INDAGO SEXTA.

Sacerdotium Eccleſiaſticū ad diuini cultus exterioris adminiſtrationem & eccleſiæ ædificationem a Chriſto ſalubriter inſtitutum, in apoſtolis primitus eſt fundatū. Vnde Iohan. in Apoc. Ciuitatem ſanctā Hierusalem deſcendentem de cœlo, a deo habentem claritatem dei, deſcribens, inquit, Et habebat murū magnum & altum, & murus ei Apo. 21

uitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina, duodecim apo-
1.Cor.3 ſtolorum, & agni. Fundamentum quidem principale aliud nemo poteſt ponere pręter id quod poſitum eſt a patre quod eſt Chriſtus Ieſus, huic fundamento tanquã lapides primi proxime eidem innixi ſancti ſunt apoſtoli, quibus Chriſtus omnem poteſtatem militanti eccleſiæ neceſſariam & ſalutarem donauit, quæ poteſtas Apoſtolica ſemper eſt, & manet in eccleſia.

INDAGO SEPTIMA.

Quilibet fidelis quia membrũ eſt Chriſti idoneitatem aſſequit & habet ad membrorũ corporis Chriſti officia quantũcũq; præcellentia, per baptiſmũ equidem Chriſto capiti incorporatus, tantũ naſcit influxu capitis dignitatem, ut quicquid capiti conuenit principaliter, participatiue & membris cõ-
Colo.1 ueniat. Vnde ſacerdotium Chriſti capitis æternũ, tam eximie, tamq; inſigniter cuncta nobilitat membra, ut idoneitatem quandã ad idem & miniſterium & officium exequẽdum & adminiſtrandum ex eodem contrahant. In quo tempus reuelatæ gratiæ a ſtatu differt legis Moſaicæ, quod ſacerdotium legale, uni additũ tribui, per carnalem ſucceſſionem in poſteros erat propagandũ, Nec

ad id de alia tribu uiro quantũuis iuſto &
ſancto patebat acceſſus, In ſtatu uero gratiæ
reuelatæ oẽs fideles ꝑ Chriſtũ & a Chriſto
dignitatis illius ſunt capaces, Ab huius tũ
dignitatis executione & adminiſtratiõe mu
liebris reſtrictus eſt ſexus, tũ ob conditionis
fragilitatem, qua & a ſancto Petro fragilius 1.Pet.3
nuncupatur uaſculum, Tum propter ſubie-
ctionem ad uirũ, quia caput mulieris uir, tũ 1.Cor. 11
ob primeuam deluſionem, & rationis ac di-
ſcretionis defectũ, Prior enim ſeducta eſt in
præuaricationem, Tũ deniq; ob animi incõ 1.Tim.2
ſtantiam & mobilitatem, Vnde ſapiens, ui- Eccle.7
rum de mille unum reperi, mulierem ex oĩ-
bus non inueni, Et alibi, Mulierem fortem
quis inueniet?

INDAGO OCTAVA.

Dignitas hæc membrorũ Chriſti, & ad ſa
cerdotium idoneitas ex ea pullulans, funda
mentalis quidem eſt, Non ſufficiens tamen
ad executionem, niſi acceſſerit uocatio, Nẽ-
pe cũ ſacerdos miniſter Chriſti ſit, & myſte
riorũ dei diſpenſator, Et inter diſpenſatores
quæritur, ut fidelis quis inueniatur, Nullus 1.Cor.4
ſeipſum ingerere aut diſpenſatorem fidelem
iudicare debet, Mediator quippe inter de-
um & populum eſt, ut & fidelium uota ad
deum afferat, & ad ipſos uerbum deferat Num.12.

diuinum, deiq́ beneplacitū inſinuet exemplo Moſi, q fideliſſimus in omni domo dei aſcendit deo ex aduerſo, & ſe murum oppoſuit pro domo Iſrael, inquiens, Aut dimitte populo huic, hanc noxam, aut dele me de libro quem ſcripſiſti. Ad populū quoq́ deſcendens, quantū pro gloria dei contra idolatras zelauerit, quam integerrime inſtituta eidem promulgauerit diuina, quanta prudētia, quantaq́ patientia eundem quadraginta annis deduxerit, uetus inſtrumentū edocet dilucide. Expetit̃ itaq́ in ſacerdote, præſtans dei charitas ac diuinæ gloriæ zelus ardens, ut dicere queat cū propheta, zelus do
Pſal. 68 mus tuæ commedit me.

Ioan. 21. De quibus Petrū quoq́ ante ouium commiſſionem Saluator examinat, Simon diligis me plus his, Quo reſpondente, Etiā, domine, tu noſti, quia amo te. Paſce (inquit) oues meas. Exigit̃ nihilominus ab eo & in eo charitas ad proximum, Non qualiſcūq́ ſed præcellens, qua animam quoq́ ſuam ponat pro ouibus ſuis, pro populo uidelicet dei, cuius eſt & mediator & miniſter. Hac autē charitate (ſaluatore teſte) maiorem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. En quantā reuelatæ gratiæ Sacerdotium requirit perfectionē. Quis itaq́

tam animoſus, tantūq; ſibi fidens eſt, ut nō uocatus accedat? neq; enim ſanctus Eſaias ſe mittendū domino obtuliſſet, Si non antea labia ſua ignito purgata calculo uidiſſet, ipſa nempe purgatio eius fuit uocatio.

INDAGO IX.

Vocatio hæc ad Sacerdotij adminiſtrationem a deo expectanda expetandaq; eſt, Apoſtolus id decernente, Ne quiſquā ſibi ſumit honorem, ſed qui uocatur a deo tanquam Aaron, Nimirum cū adminiſtratio hæc probatum exigat uirum, ſpeciali gratia Sacerdotio quadrante, a deo dotatum, qui & ſibi & domui ſuæ bene præſit, & aliorum quoq; pedes ſalubriter in uiam pacis dirigat, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius. Cum aūt hæc ſolo autore deo fieri perſpicuum ſit, non immerito eius quoq; conſilio agenda ſunt, quis uero ambigat, quin Sacerdos a deo electus, & ad miniſteriū hoc miſſus, ſuum ſalubriter adminiſtrabit ſacerdotium. Nam etſi Iudas Schariothis a Chriſto ad Apoſtolatum uocatus adminiſtrator infidelis fuit, & ad omnia reprobus, hoc pro ſcripturæ actum eſt impletione, uti ſaluator ipſe teſtat̄, Quos dediſti mihi pater ego cuſtodiui, & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur. Fit autem

Heb. 5

Ioan. 17

uocatio hæc & miſſio nonnunquã a deo im
1.Tim.3 mediate, ut de S. Paulo ſupra monſtratũ eſt
Quandoq; per prælatũ locũ dei tenentem,
ſicuti S. Paulus Timotheũ docet, quales in-
1.Tim.5 ſtituere Epiſcopos debeat, quem & pręmo
nuit, Nemini cito manũ impoſueris. Titum
Titũ.1 quoq; de eodem inſtruit, quos inſtituere ar
chiepiſcopos, plerũq; per canonicam electi-
onem, omnibus tamen modis hoc proui-
dendum eſt, ut ſpiritu ſancto duce, prouida
circumſpectione, zelo ſancto, deuotaq; ora
tione præambulis celebrentur.

INDAGO X

Habet aũt eccleſia Chriſti ſponſa & electa & dilecta certiſſima infallibilemq; ſpiritus ſancti præſentiã & directionem, qua nec ad momentũ quidem unquã deſtituit, Quo & totum ipſius corpus uegetat & regitur, qui fide firma imploratus iuxta Seruatoris noſtri indubitatum promiſſũ docet nos omnẽ ueritatem, officia membrorum diſtribuit, omnemq; pietatis inſtituit regulam. Vnde nullo habito prælato uel presbytęro, habent fideles certam normã ſibi prouidendi paſtorem ſecundum cor dei ad apices uidelicet Euangelicos plena fide recurrendo, & deum unanimi & deuoto corde implorando, ut qui in pleriſq; Euangeliorum locis iu-

re iurando promiſit fideliũ orationibus ad exauditionem ſe affuturum, oſtendat quem elegerit ad ſacerdotium adminiſtrandum, qua oratiõe indubitata fide patrata ſub ſpe certiſſima unanimi corde, in charitate quæ non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, infallibiliter deus ſuam patefaciet uoluntatem, ut quem elegerit oſtẽdat. Neq; enim deterioris conditionis nos ſub tempore ſumus reuelatæ gratiæ, quã ueteres ſub umbra & imagine, ut illi in agendis conſulere poſſint dominũ, ſicuti de Dauid crebrius legitur, ipſeq; reſpondere, nos hac directione diuina ſimus deſtituti. hanc prouidendi formam ſancti quoq; Apoſtoli in electione ſeruauere Matthiæ, Sicut Apoſtolicarum actionum liber teſtatur. Actu.1

CONATVS VIII

DVobus pręmiſſis conatibus Appendix quidam lapis, non ſine pondere iungiť ex latere. Cõmunio uidelicet ſub utraq; ſpecie, quẽ quanti ſit ponderis in diuini decreti ſtatera librare operæpretiũ uidetur.

Et quidem ꝙ ponderoſiſſimus ſit ut opprimere quoq; prætermittentem queat ſubſequentia pondera probant.

Horũ primũ eſt ſaluatoris noſtri benedi-ctí inſtitutũ, qui in cœna nouiſſima paſſioni proximus carnem ſuam & ſanguinẽ ſub bina diſcipulis ſuis dedit ſpecie, ut duplicis ſubſtantiæ totum cibaret hominem. Itaq; cũ noui teſtamẽti ſit ſacramentũ eo ritu, eaq; forma quã inſtitutor Chriſtus tradidit ſeruari ac ſumi debet.

Accedunt ad hoc, uerba quæ Chriſtus ſal uator, calicem tradendo, ore expreſſit benedicto, Accipite & bibite ex eo omnes, hic eſt calix &c. inquiens omnes, ſumentium uniuerſitatem ſignat.

Cooperat ſacramenti integritas, ex duabus ſpeciebus conſtituta, nam ſub una ſpecie integrum ſacramentũ non eſt, cum ſacra mentum ſignum ſit, Et hoc in loco duo diſtincta ſint ſigna, quibus nihilominus duo reſpondent immediata ſignata, Corpus uerum Chriſti & ſanguis, congruit aũt integrũ fideli cuiq; ſacramentũ, Idem perſuadet fidelium deuotio, pleriq; enim fideles ad ſacramentũ ſub duplici ſumendũ ſpecie, non me diocri flagrant deuotione, quæ in ſacramen tó hoc nonnihil obtinet meriti.

Negotium promouet Apoſtolorũ & pri meuæ Eccleſiæ uſus & practica, qui ſub utra
1.Cor.11 q; communicabant ſpecie, Videtur hoc per

Paulum perſuaderi ad Corinth. dicentem, Ego accepi a domino quod & tradidi uobis. & infra, Accepit panem & poſtquā gratias egiſſet, fregit & dixit. Accipite, edite, hoc meū eſt corpus quod pro uobis tradet. Ad eundem modum & poculū peracta cœna, dicens, Hoc poculum nouū teſtamentū eſt, in meo ſanguine. Hoc facite quotiescūq; biberitis in mei cōmemorationem, Quotieſcunq; enim commederitis panem hunc & de poculo hoc biberitis mortem domini annunciabitis, donec uenerit.

Facit, q̄ ad poculum ſanguinis adijcitur, in remiſſionem peccatorū. Vnde ſicut peccatorū remiſſio deuoto expetenda eſt affectu, ſic huius remiſſionis ſignum in ſumptione non prætereundum.

Diuerſa pars alijs utens ponderibus,
aliter appendicem librat.

Et pondus quidem primū, lancem nō parum premens. Noſtræ occidentalis eccleſię uſus longeuus eſt & conſuetudo, non facile repulſam paſſura, longeui equidem uſus nō mediocris eſt auctoritas, & hæc conſuetudo nō ſine eccleſiaſtica inſtitutione, præcurrentibus cauſis præſignantibus, introducta eſt. Habet namq; & ipſa in temporibus nouiſſimis Eccleſia ſpiritū Chriſti, quia cū pri-

mitiua eadem quo uegetatur & regitur in his pręcipue quæ animarũ concernunt ſalutem, cuius ſententiæ pertinaciter reluctari non uidet̃ nota carere criminis, In humilitate noſtra (inquit propheta) memor fuit noſtri, humilem obedientiam approbat deus magis quã contentionem ſuperbam.

Accedere uidet̃ Chriſti benedicti inſtitutũ, qui etſi ſub duplici inſtituit ſpecie, nõ pręcepit tñ cunctis fidelibus ſub utraq; ſumere.
Mat,29 Nam quod ait, Bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus &c. Non omnibus fidelibus ſed Apoſtolis qui præſentes aſſidebant, dictum uidet̃. Hoc nempe uerbo, non ſacramẽtum inſtituit, ſed facto ſua benedictione ſa-
1.Cor.4 cramento eos qui præſentes erant cõmunicauit. Aequum quidem erat, ut primi huius ſacramenti perceptores futuri miniſtri eccleſiæ & diſpenſatores myſteriorum dei ſub duplici cõmunicarent ſpecie, quod & modo in noſtra eccleſia eius obſeruãt miniſtri.

Præterea apoſtoli in naſcentis eccleſiæ
Mat.28 primordio, non ſine ſpirituſſancti familiari afflatu baptiſmi formam eis uerbis expreſſis a ſaluatore traditam, uidelicet baptiſantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, mutauerũt baptiſantes in nomine Ieſu Chriſti, non diſpari autoritate ex cauſis

emergentibus eiuſdem ſpiritus & beneplacito & afflatu creditur eccleſia quippiam in iſtius ſacramenti nõ quidem forma, ſed q̃d leuius eſt percipiendi modo immutaſſe ſine calumniæ nota.

Porro, deuotio per ſacramenti ſub una ſpecie perceptionem ſi non horaria ſed in fide radicata fuerit, nõ minus exuperat, quin pro fidei ipſius amplitudine feruentior ebullit, dum duplici exercetur credulitate, Chriſtum ſub duplici recognoſcens ſpecie, & nihilominus ſub una de eius plenitudine refici perfecte.

Cęterũ euangelicũ expendendo textũ, nõ uidetur elici poſſe ex eo, Quod ſanguinem Chriſti ſub ſpecie uini percipiens, aut ſacramentum ſub utraq;, remiſſionem conſequatur peccatorũ, neq; enim in textu dicit̃, Hic eſt ſanguis noui teſtamenti, qui in ſacramento hoc inſtituit̃ ſumenti in remiſſionem peccatorũ, Sed, qui effunditur, uidelicet in cruce, in remiſſionem, Nec in ſubiuncta inſtitutione ſaluator ait, Hoc facite in remiſſionem peccatorum, ſed in mei recordationem. In quibus uerbis inſtitutionis cauſſam expreſſit. Sequela quippe hæc, Sanguis Chriſti in cruce effuſus eſt in remiſſionem peccatorũ, Mat. 26

ergo ſub ſpecie uini illum in ſacramento per cipiens eandem conſequitur peccatorũ remiſſionem, cũ ex uerbis Chriſti non eliciať, non uidetur ualere. Infertur ex hoc, ꝙ ſacramentũ iſtud non eſt nouum teſtamentũ, ꝗd & peccatorũ remiſſionem, & terræ uiuentium adeptionem repromittit, ſed huius teſta
I.Cor.11 menti eſt inſtitutũ ſignũ, & memoriale ſalutiferum, Paulus adſtipulať qui dum inſtitutionis huius ſacramenti meminit nullam, de remiſſione peccatorum a ſumente conſequenda, facit mentionem, Sed ait, Quotieſcũq; enim comederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis mortem domini annunciate, donec uenerit.

Diſſuadet proinde cõmunionẽ ſub utraq; ſpecie fraterna charitas, quæ temerariũ explodit iuditium, & puſillorũ ſolertius euitat ſcandalum. Affirmari enim totam occidentalem eccleſiam, aut maiorem eius partem in huius ſacramenti adminiſtratione ab euãgelica deficere inſtitutione, quomodo poteſt ſine iuditij temeritate? hoc enim pacto pro Euangelio zelans, contra euangeliũ temere delinquit, & dum minora ſtatuit, maiora peſſundat. Nunquã deo tam grata eſt ſub utraq; ſpecie cõmunio, quam odioſum diſcidium fraternum.

Puſillorũ deniq; ſcandalum, quã ſumopere euitandũ ſit, ſaluator expreſſit, ſub maledictione æterna eum cõſtringens, qui paruulũ in Chriſto ſcãdalizat, Ve inquiens homini illi per quem ſcandalum uenit, nonne ſcandalum graue, aſſerere eccleſiam occidentalem multis temporum curriculis ab euangelica defeciſſe puritate, ut renouari euangeliũ ſit neceſſe? Num ſaluatoris euacuabitur promiſſum, Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſeculi? Qui utiq; eſt uia, ueritas, & uita, uia ſine præcipitio ad patrẽ dirigens, ueritas ſine errore illuſtrans, uita ſine defectu & ſpirituali morte uitam noſtrã perpetuans. Ad hæc, ſpiritum ſanctũ promiſit nunquã ſponſæ ſuæ defuturũ. Mat. 16 Mat. 28

Syncera nihilominus (quam ad matrem noſtram quæ in Chriſto nos genuit gerere debemus) deuotio, ad hoc ipſum inducit, ut pie de eius ſentiamus inſtitutis, ſalubre diju dicantes, quicquid, ipſa decreuerit, modo diuinis non obuiet præceptis.

Cum aũt ſacramentum hoc eccleſiaſticæ unitatis patens ſit ſignũ, omne diſcidiũ inter fideles refugit. Tunicam Chriſtus habet inconſutilem, quã nec lictores immaniſſimi ſcindere decreuerunt, deteſtandũ ergo fidelium ſciſma eſt, corpus Chriſti myſticum, ſi Ephe. 4

coagmentetur & compingatur per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis, incrementum corporis facit, in ædificationem ſuiipſius per charitatem, ubi ergo unus dominus una fides, unum baptiſma, unum corpus, unus ſpiritus, unus deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnia & per omnia & in omnibus nobis, uniformis & eſſe debet ſacramentorum perceptio, ut nullũ ſit circa inſtituta diuina diuortium.

Deniq; cũ cõmunio ſub utraq; ſpecie, nullam Chriſtianiſmo adferat perfectionẽ, nec cumulatiorem gratiam, nec uberiores chariſmatũ fructus, nec quicquam ad fidelium ſpectans cõſummationem, non eſt quo ſub utraq; ſpecie cõmunicans, chriſtianior communicante ſub una ſpecie dici queat.

Conſpicaris candide lector, appendicem hunc librantibus eliquare ſudores, quid adfers conſilij, ad quã declinabimus partem? odioſum prorſus diſcidium, Neutram itaq; in ueritatis præiudiciũ fouebimus. ſenſus

1. Cor. 10. Pauli eſt, Placere omnibus per omnia, ut nullum præbeatis offendiculum, quemadmodum ego per omnia omnibus placeo. porro, ſi in ueritatis ſcrutinio alteram offenderimus partium, non procedet ex animo. Noſtri inſtituti eſt diſſidentes quantum ex

alto conceditur conciliare,non in diſcrepantia fouere. Delectat autem de illo dulciſſimo Chriſti noſtri munuſculo ex amoroſiſſimo eius corde profluente, quippiã breui & ſuccincto perſtringere ſermone. Idq; ut fiat,primũ ſtabilendũ eſt incõcuſſum fundamentũ ex ueritate euangelica deſumptũ,uidelicet.

Saluator noſter benedictus in cœna ſua nouiſſima paſſioni proximus corpus ſuum ſanctiſſimũ & ſanguinem ſub bina ſpecie diſcipulis ſuis dedit, in ſui memoriam ex charitate ardentiſſima. Hanc fidelẽ & catholicam aſſertionem Euangeliſtæ teſtantur, ſignanter Matthæus & Lucas, Adſtipulatur & ſanctus Paulus diuinitus colluſtratus. in hanc utraſq; deſcendere partes ambigo minime. Ruminemus ut munda animalia circa hanc quæ circũſtant ſingula, quia & intelligentiam illuminant nõ minus inflammãt affectum. Declaratio(ait propheta) ſermonum tuorum illuminat & intellectũ dat paruulis,hoc eſt,humilibus,quibus pater arcana reuelat.

Mat.26 Luc.22 1.Cor.11 Pſal.118 Mat.11

PRIMA INDAGO.

Primo occurrit loco,quis hoc largitus eſt munus? Cauſſa uidelicet efficiens Chriſtus uerus homo,uerus deus,per omnia benedictus, omnipotens, cui ſubeſt cũ uoluerit &

Pſal. 113 quicquid uoluerit poſſe. Omnia etenim quę
Iob. 11 cūq; uoluit, fecit, Nec cuiquā dicere licet, cur
ita facis? Hic omnis obmuteſcit philoſophia, quæ nec dei omnipotentiam, nec ipſius acta rimari præualet. Nec ad ſacræ fidei myſteria proximare quidem, unde canitur in proſa, Quod non ſapis, quod non uides, animoſa firmat fides, præter rerū ordinem. Cuncta ergo, quę ibi fiunt miracula, immenſam dei cōmendant potentiam. Gloriamur ex hoc in lumine fidei, talem ac tantū nos habere ſalutis noſtræ autorem.

INDAGO SECVNDA.

Quid dedit? quod illius munificētiſſimi donatoris munus? Corpus ipſius & ſanguis, tanquā ſignata immediata. Et ne cauſeris non eſſe optima, in his ſe donauit totum & totaliter, nec quicquā uel minimū ſibi reſeruauit, quod non in noſtrum cederet dominiū, liberaliſſima plane donatio, & omni admiratione digniſſima, cū donator uenit in donū. Nam etſi ex ui conſecrationis, corpus ſolum ibi ſit & ſanguis, uti uerba Chriſti, Hoc eſt corpus meū, hic eſt, ſanguis meus, prænotant, per concomitantiam tamen nec ab inuicem, nec ab anima & diuinitate diuorciantur unquā. Vnde ſicut ſub qualibet parte ſacramentalis & totalis ſigni ſub

duplici ſpecie inſtituti uerus & totus Chriſtus ſubſiſtit & totaliter, ſic ſub qualibet ipſius parte totus ſuſcipitur & totaliter.

Conſectarium.

Igitur ſub una ſpecie communicans, cum abyſſalem omnis boni ſuſcipiat fontem, ut de uentre eius fluant aquę uiuæ, non minus ſuſcipit, quam ſub utraq;, & quo ad rem & quo ad fructum.

INDAGO TERTIA.

Theſaurus hic incomparabilis quo modo, qua forma nobis eſt donatus? Num ut in ſeipſo uiſibilis? minime, lucem habitet in acceſſam, quem uidit nemo hominū, neq; uidere poteſt. Nunc uidemus per ſpeculum in ęnigmate, per gratum ſpeculum, quod deū repræſentat, nec niſi mundi cordibus politum. Non hic expetimus faciem [illegible] ænigmate uerſabimur, in imagine pertr[illegible] h Reficimur ea, qua beati in patria, eſcā, potamur & inebriamur poculo ab uber[illegible] dulcedinis diuinæ, quod totū geritur in enigmate ſub familiaribus nobis ſpeciebus pane & uino, quibus corporaliter reficimur, & nutrimur, eis utiq; rebus quæ ad unum aliquid rediguntur, ex multis enim granis unus conficitur panis, & ex multis racemis uinū confluit, ut omnia quadrent myſterio. Pa-

1.Tim.6
1.Cor.13
Pſal, 38

Pſal.103 nís enim, propheta teſte, cor hominis confirmat, quod & uinū lætificat, ut ſic ſua cum natura tum uirtute & uerū Chriſti corpus ſi
Ephe.5 gnent, & myſticum, quod eſt eccleſia, quam ſponſus ipſe dilexit, & pro ea ſe tradidit, mū dans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, nec mundare deſinens, donec adhibeat eam ſibijpſi glorioſam, non habentem maculam aut rugam, Interea pane illo angelorū paſcit & cœleſti exhilarat poculo. Ad huius catholicæ aſſertionis aſtruendam ueritatem, nihil refert, ſubſtantia panis maneat, an ne, ſignandi enim ratio eadem eſt, ſub utroq; intelligendi modo, quo ad ſacramenti ueritatem, fructuoſitatemq;, non hæreant intelle ctus uel affectus in ſignis, Chriſtus pater fa-
Ioan.6 milias eſt, qui reficit, qui nobis panem dat de cœlis uerū, non ut Moſes figuratum.

INDAGO QVARTA

uccedit, quibus perſonis hoc angelicū nō diuinum præparatū eſt cōuiuiū ? Domeſticis utiq; dei, ipſiuſque hæredibus, ac
13 Chriſti cohæredibus. Hi primordialiter di-
1.Reg.10 ſcipuli, nec tamen oēs, quia nō omnes mun
Iob.1 di, quādiu Iudas proditor inter diſcipulos, & Saul inter prophetas, ſathanaſq; inter filios dei. Conſequenti ſucceſſu omnibus in Chriſto regeneratis, & fidei lumine illuſtra-

tis. fides equidem ad huius myſterij perce- ptionem exigit idoneam, unde quia panis eſt filiorũ, non mittendus canibus ſolis in in Chriſto regeneratis conuenit, foris canes & uenefici, non eſt eis ſors in uerbo iſto, nec tamen omnibus in Chriſto renatis dandus eſt, ſolidus cibus eſt, palatum expetit ſanum inter ſapores diſcernentem. Apoſtolus te- ſtatur, Probet autẽ ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, ne indigne accedat, ſicq; iudicium ſibi ſumat, non diju- dicans corpus domini.

Mat. 15
Apo. 22
1. Cor. 11

INDAGO QVINTA.

Subſequit, ſub qua uerborũ forma hanc Euangeliſtæ & ſanctus Paulus? Non quidẽ uerbis pręciſis, uniformi tamen tradunt ſen tentia, ex quorũ ſcriptis tria eliciunt, acta a Chriſto benedicto, in hoc ſaluberrimo con- uiuio, præter miſſis acceſſorijs, utpote pedũ lotione, figuralis agni cum lactucis agreſti- bus commeſtione, id eſt, legis impletione, proditoris caritatiua correptione, & diſci- pulorũ cautа auiſatiõe, Remiſſis etiã his quę poſtea geſſit dulciſſimo uidelicet ſermone, deuotiſſima ad patrem oratione, & commu ni cum hymno gratiarũactione, His omni- bus in præſentiarũ in partem ſelegatis, ea ſo la maſticando, quæ huic innexa ſunt my-

ſterio. Horũ primũ eſt, conſecratio, indubitatum etenim eſt, ꝙ panem & uinũ conſecrata eis dedit. Quando aũt conſecrauerit Chriſtus, non magni pendendum, cũ de facto cõſtet, probabile tamen uidetur, quando acceptum panem & calicem in ſanctis ſuis manibus benedixit, dei equidem benedicere eſt, benedictũ effectũ facere. Secundũ eſt, Apoſtolorũ de benedicto pane & calice cõmunicatio. De pane quidem, dum ait, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ quod pro uobis tradetur. De calice aũt, Accipite & bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti. Tertium, celeberrimi huius ſacramenti inſtitutio, & ad omnes paſtores non fragmentorũ de menſa domini decidentiũ, ſed pleni conuiuij tranſmiſſio. Ete-
Eſa. 40 nim & nos ſumimus de manu domini duplicia pro omnibus peccatis noſtris, dũ ſenſibili forma reficimur exterius, & charíſmatum plenitudine ſaginamur interius. Hæc per uerbum Chriſti facta eſt, dum ait, Hoc facite in meam cõmemorationem, Memoria equidem præteritorũ eſt. ut ergo ſaluator noſter in iugi noſtra eſſet memoria, nobiſcum eſſe decreuit in ſacramento hoc perſonali præſentia.

INDAGO SEXTA.

Factũ miramur, factorem laudamus, mo
tiuam exquirimus cauſſam. Quid ſaluatorẽ
noſtrum ad tam ampliſſimum induxit do-
nũ præſtandum? Num commodũ ſuum?
Propheta ait, Dixi domino deus meus es tu Pſal.15.
quoniam bonorũ meorũ non eges. Quid er
go aliud quã immenſe ſua charitas. En ſum
ma noſtra ad deũ fiducia, nunquid obliuiſci
poteſt mulier infantem ſuũ, ait per prophe-
tam, Et ſi illa oblita fuerit, ergo tui non obli Eſa.49
uiſcar. Et ſaluator, Sic deus dilexit mundũ, Ioan.3
ut filiũ ſuum unigenitũ daret. Sic & filius
dilexit, ut ſeipſum donaret. Spiritũ nihilo-
minus ſanctũ aſſeueratione certiſſima pro-
mitteret, quẽ & pignus nobis dedit. Nihil
ſupereſt quod in primitijs non donauerit.
Sed quod aliud immenſæ plenitudinis bo-
nus deus habere motiuum potuit? Vt enim
bonitatem ſuam & dulcedinem quam in fi- Sap.16
lios habet, demonſtraret, angelorũ eſca nu-
triuit populum ſuum, & paratũ de cœlo pa
nem præſtitit ſine labore, omne delectamen
tum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuaui Pſal.115
tatem. Quid ergo retribues o homo domi-
no, pro omnibus quæ tribuit tibi? Accipe
calicem ſalutaris & teipſum ſacrifica hoſti-
am laudis. Quid iuſtius, quã ut te dones ei,
qui ſeipſum tibi donauit? Gratitudo circa

hoc ſacramentum a nobis exigitur maxima & deuotio.

INDAGO SEPTIMA.

Quis huius inſtitutionis finis, hic a ſaluatore claris explicatur uerbis. Hoc, inquit, facite in mei recordationem, Alium huius ſacramenti non explicuit finem. De manducatione quidem ſpirituali quæ eſt per fidem, plures explicat fructus, in Iohanne uidelicet

Ioan.6 ſic manducans & bibens, non morietur, in

1.Teſſa.4 æternum uiuet, Reſuſcitabit eum Chriſtus, in nouiſſimo die, inter electos utiq, alias enim omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Manebit quoq in Chriſto, & Chriſtũ in ſe manentem habebit. Quos cumulatiores exquiremus fructus? Qui Chriſtum in ſe habet, quid boni eſt quo egeat?

INDAGO OCTAVA

Quæ, qualis & quanta, expetit præparatio? Ad quęſtionẽ primam reſpondet fides ad ſecundam charitas, ad tertiam ſpes & ardens in deũ deſiderium. Fides equidem ſalutis noſtræ ſubſtantia, Chriſto capiti incorporat, & dignum omniũ bonorum capitis reddit. ſpes calcatis terrenis ſurſum agit, ubi caput Chriſtus in gloria eſt dei patris, Aequum enim eſt, ut membrum capiti cohæreat, Charitas cõmunionem inter membra

& bonorum & malorũ facit. Diuinam nem pe conſtituit ſocietatem, in qua omnia ſunt communia. Siquidem & deus omnia erit in omnibus. Fides ſtomachũ mentis euacuat. Indigeſtum etenim ſuper indigeſtum ponere fertur nociuum, & ſtomachum onerat, ueteris ergo hominis cibus egerendus eſt. Porro, ſi ſtomachus purgatione hac debilitatus fuerit, ſpe roborabit, noua uirtute indutus exalto. Caritas cibum decoquit, & ad ſingula membra tranſmittit, nutrienda utiq; & im pinguanda. fides conterit, & in nihilum reducit, apoſtoli penſitans dictũ, Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cum nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Spes humiliat, non ſuis meritis, ſed dei pietate fidens, ut ſic deus cor contritum & humiliatum non deſpiciat. Charitas, quia non quærit quæ ſua ſunt, liberali affectu ſe totam in omnes tranſfundit fideles, omniũ ignoſcens offenſis, omnes concilians, omnibus compatiens & benefica pietate neceſſitatibus ſubuenit cunctorũ. Hæc uera & radicalis ad ſacramenti ſuſceptionem præparatio, quæ in mente geritur, nullis forinſecis egens adminiculis.

1. Cor. 15

Gala. 6

1. Cor. 13.

INDAGO NONA

Alia quædã eſt præparatio extraria, multis ſtipata obſeruatiunculis, utpote, corporis munditia, Ieiunio naturæ ueſtium cultu,

oratiuncularū quarundam perſolutione, ex quiſita & nimis exacta ac ſcrupuloſa peccatorum potiſſimū quotidianorū confeſſione, & hoc genus pleriſq;, in quibus nonnulli plus equo ſuam fundant deuótionem, ęſtimantes, falſa opinione deluſi, his ſtudioſius obſeruatis dignos ſe ſacramenti huius perceptores. De præfata cordis præparatione minorem gerentes curam, cum deus cordis ſit inſpector. Hi quia iuſtitiæ ſuæ fidunt, de bonis operibus pręſumentes, cum ſuperbo reprobantur phariſæo, in templo gloriante Verum hæc oportuit facere, hæc uidelicet interna ſupra memorata, & illa extraria nō obmittere, Neq; enim mala ſunt aut repudianda tanquā uana, ſed fiducia in ea impia eſt His enim omnibus, & cumulatioribus ante acceſſum præmiſſis, dicendū eſt, Serui inutiles ſumus quod facere debuimus, fecimus, Nam nihil tam odioſum deo, quā ſuperba in propriam iuſtitiam fiducia, quæ peſtis ſi animo irrepſerit, curatur difficillime. Super hæc omnia ſupplici affectu exorandus eſt deus a quo ſancta deſiderio, recta conſilia, & iuſta ſunt opera, ut ipſe ſibiĳpſi locum in nobis præparet ameniſſimū, manſionem iocū dam, ut ſic delitiæ eius ſint eſſe nobiſcū & in nobis, non modo eſſe, ſed & regnare, ſed &

1. Reg. 16. Luc. 18 Luc. 11 Luc. 17

ōmnia opera noſtra operari, Hoc enim niſi effecerit, cunctæ præparationes noſtræ ſuo fruſtrabuntur fructu.

INDAGO DECIMA.

Detinuit in colloquio nos candide lector materia, tum charitate tum iocunditate exuberans, nec dum quicquã ad propoſitam reſpondimus diſceptationem, explicemus & ſenſum noſtrum, & pro qualicũq; partium conciliatione tres producamus aſſertiones cuilibet parti aliquid ueritatis concedẽtes.

Aſſertio prima.

Cõmunio ſub utraq; ſpecie, quia conformis eſt primariæ inſtitutioni Chriſti, uſuiq; eccleſiæ primæuo de ſe nõ eſt illicita, pro hac perſuaſiones militant ad primã partem firmandam aduectæ.

Aſſertio ſecunda.

Sub una ſpecie uidelicet panis cõmunio uſitata in eccleſia, non eſt tanquã Euangelicis præceptis contraria repudianda. Stabilitur per hoc, ꝙ prior ſub utraq; ſcilicet ſpecie non eſt a ſaluatore præceptorie impoſita. Quod enim ait, Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis uitam in uobis, & in hunc modũ cætera eodem capite complexa, De ſpirituali loquitur manducatione, unde ſubnectit, Ioan. 6

Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam, uerba quę ego loquor uobis, ſpiritus & uita ſunt.

Aſſertio tertia.

Cõmunio ſub utraq;, non eſt contra Eccleſiæ uſum practicanda, ſiue generali & noua eccleſiæ conſtitutione. Firmant hanc munimenta pro ſecunda parte uſurpata.

CONATVS IX

ALius quidã conſpicat̃ lapis quadrus ęquilaterus, primo quidem ſitus ordine, & ſi non primo loco a nobis offenſus baptiſmus eſt, chriſtianæ religionis porta. Huius primo indagemus naturam, ſecũdo loco uirtutes, tertio uero uirtutum operationes perquiramus.

INDAGO PRIMA

Scrutantibus nobis lapidis huius precioſi naturã, inuenimus ipſum influxu cœlico prognatũ. Signũ nanq; eſt ſenſibile, efficax, ex inſtitutione diuina mortẽ ſignans & reſurrectionem. Mira natura, euoluantur ſingula tanquã ſingulæ eius partes.

INDAGO SECVNDA

Primo, ſtatuitur in loco, Signũ, quo uerbo fides implicat̃. Nulli enim ſignum eſt ni-

ſi credenti, Nam infidelis quantūcunq; in aquam mergaī ſub quorūcunq; uerborūm expreſſione, quia diſcredit, nec pro ſigno effectus cuiuſquā myſtici habet, lauaī quidē, uel aqua tingitur, nō tamen baptizaī, nec illa immerſio baptiſmus eſt, cui enim nō conuenit diffinitio, nec diffinitū. Infidelitas ergo primus obex eſt, & principalis ut nō modo infructuoſus ſit, uerius nihil quoq; fiat. Vnde fides in deſcriptione non poniī, quia ſigni nomine ſufficienter implicaī.

INDAGO TERTIA.

Annectiī, ſenſibile, O infelix hominis conditio qui ab Hieruſalē deſcendit in Hiericho a uiſione pacis, a uiſione ſpeculari quidem, quia nō beatifica & intuitiua ad ænigmaticam tamen, quia uidemus nunc per ſpeculū in ænigmate, ut ſic homo lapſus & ſimilis iumentis effectus non intelligat niſi ſenſibilibus ſignis tanquā puer ad manum ducatur. Et ex his quæ nouit, diſcat & cognoſcere & amare quæ nō nouit, quatenus ex uiſibilibus diſcat amare incognita, & ſe ad inuiſibilia rapere, ac per ea quæ uſu didicit quaſi cōfricatus incaleſcat. Cognoſce o homo dei clementiam, te ut paruulū in ſinū ſuo portat te ſenſibilibus ſignis fouet, ſub quibus gratia ſua ſe tibi affuturū repromittit.

1. Cor. 13

Pſal. 48.

INDAGO QVARTA.

Subnectitur efficax. Hæc efficatia diuinã includit promiſſionem, quæ infallibilis & certiſſima eſt, nec refert uerbis an factis a deo exhibeat aut reueletur hæc promiſſio, In baptiſmo clara eſt diuina inſtitutio, ut nouæ legis decernat ſacramentũ, In confirmatione facto deus ſuum oſtendebat beneplacitum, dans per impoſitionem manuũ apo-
Act. 8 ſtolicarũ ſpiritũſanctum, ut de Petro in A-
Act.16 ctis apoſtolicis legitur, nec non Paulo, ſed hæc in præſentiarũ miſſa faciamus. Clarum ſit, ſacramenta nouæ legis a deo inſtituta, ſigna eſſe certiſſima gratiæ promiſſæ.

INDAGO QVINTA

Adijcitur ex inſtitutione diuina, deus enim ſacramentorũ omniũ principalis eſt autor. Sicut enim nulla uoluntas creata limitare aut determinare diuinam uoluntatem ad aliquid efficiendũ poteſt. Sic nec certum inſtituere ſolius diuini effectus ſignum, nec eius certam facere promiſſionem ſine pręambula reuelatione diuina præualet.

Conſectarium.

Nullus purus homo nouæ legis ſacramẽtum proprie dictum, in quo uidelicet fructus cõmunicatur ſoli deo poſſibilis, ſine diuino nutu & decreto inſtituere poteſt, In o-

mnibus equitem talibus gratiā adoptionis confertur & collata augmentat̃, a deo ſolo poſſibilis, produci uel cumulari.

INDAGO SEXTA.

Porro, huius ſigni diuinitus inſtituti ſignatum eſt ſecundū S. Paulum mors & re- Rom.6
ſurrectio. Mors duplex & Chriſti & noſtra Paulo teſte, Quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem eius baptizati ſumus. De morte noſtra, quo ad peccatum præteritum, ait, Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato. Rom.6
Quo ad futurum ibidem, Mortui ſumus peccato, quomodo iterum uiuemus in eodem? 2. Cor.5
De utraq; dicit, Si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo oēs mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt, poſt hac non ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Col.3
Et ad Coloſſ. Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cū Chriſto in deo. 1. Pet. 2
Adſtipulat̃ Petrus, inquiens, Quia peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuꝑ lignū, quo peccatis mortui, iuſtitiæ uiueremus. Reſurrectio nihilominus dupla, & Chriſti capitis, & noſtra. Rom.4
Idem Paulus accedit teſtis ad Romanos ſcribens, Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram
Et ad Colo, Conſepulti ſumus ſimul cū illo Colo.2

per baptiſmū, in quo ſimul etiam cū illo reſurrexiſtis, per fidē operationis dei, qui excitauit illū ex mortuis. Cæterū mors noſtra bimaria eſt, & naturæ & culpæ. Culpæ quoq; trima, tum præteritæ, tum pręſentis, tum
1. Cor. 15 futuræ, quam gehenna inſequitur, Omnis illa tyrannicæ mortis uarietas abſorpta eſt in uictoria, ut ei a ſanctis improperetur ac inſultetur, Vbi eſt mors uictoria tua? ubi eſt ſtimulus tuus? Abſorpta, inquā, in uictoria
2. Tim. 1 non noſtra, ſed Christi, quia tum Chriſti capitis noſtri, & noſtra erit. Ipſe enim mortē quidem aboleuit, uitam aūt in lucem produxit, ut ſic per mortem ſuam aboleret eum,
Heb. 2 qui mortis habebat imperiū, hoc eſt diabolum, & liberos redderet eos quicūq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant ſeruituti, Nec ſolum mortem aboleuit, ſed & reſurrectionem aduexit, ipſi per diametrum repugnantem.

Hæc de baptiſmi natura.

INDAGO SEPTIMA.

Cæterū baptiſmi uirtutes naturę ſuæ diuinitus inſitas ex apoſtolo Paulo colligimus mirabiles, quas ſuccincte cōmemorare ſufficiat. Nempe diaboli tyrannidem eneruat, qui homini lapſo potenti dominabatur uirtute, inditionem ſuā totū genus humanū

per originalem culpam, redigens, mortiſq;
debito ſoluto, animas carceri mancipans.
Nam a quo quis ſuperat, ei & ſeruus addici 2. Pet. 2
tur. Peccatū quoq; expungit, & hoc per gra Gal. 4
tiam. Non, inquit, eſtis ancillæ filij ſed libe-
ræ, qua libertate Chriſtus uos liberauit. Et Rom. 6
ad Roma. Gratia deo, ꝙ fuiſtis quidem ſer-
ui peccati, ſed obediſtis ex animo in eam in
quam traducti eſtis formā doctrinæ, Cæte-
rū liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ.
Saluator etiā diſcipulis & cunctis ſuis mem
bris ait, Iam nō dicam uos ſeruos, ſed filios.
Corpori nihilominus Chriſti myſtico mem
brū innectit, ad Gala. Quicūq; in Chriſto ba Gal. 3
ptizati eſtis, Chriſtū induitis. Sicq; in ipſo
uiuit uita Chriſti, quæ ſpiritualis eſt & im- Ioan. 6
mortalis, quia ſibi concorporatus non mo
ritur, ſed uiuit in æternum. Spiritu præterea
Chriſti uegetatur, fouetur & alitur, per quē 2. Cor. 3
& libertatem conſequitur, quia ubi ſpiritus Ioan. 8
domini, ibi libertas. Si filius uos liberauerit
(ſaluator ait) ueræ liberi eritis. Hæc eſt liber
tas Chriſtiana ex baptiſmo pullulans. Hu-
ius operationes pro tertio perquirere ope-
ræprecium eſt.

INDAGO OCTAVA

Triplicem in ſcripturis ſanctis reperimus
libertatem, trinā q; ſeruitutem per diametrū

ipſam oppugnantẽ. Libertas prima & hæc
ſumma ſummiſq; uotis expetẽda eſt gloriæ
filiorũ dei, ab omni ſeruitute corruptionis
Rom. 8 immunis. De qua Paulus ad Rom. Quoniã
& ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corru
ptionis in libertatem gloriæ filiorũ dei, Sci-
mus enim, ꝙ omnis creatura congemiſcit,
ſimulq; nobiſcũ parturit, uſq; ad hoc tem-
Gal. 4 pus. Et ad Gal. Quæ ſurſum eſt Hieruſalem
libera eſt, quæ eſt mater noſtra. hinc ex ad-
uerſo obijcitur ſeruitus ſumma, horrore ſũ-
mo refugienda, Hæc eſt damnationis æter-
Eſa.65 næ. De qua Eſa. Ex ore domini, Ecce ſerui
Ioan.8 mei comedent & uos eſurietis, Libertas ſe-
Ibidem cunda, a peccati ſeruitute, Cui hic ſeruitus
opponitur, Qui enim peccatũ facit, ſeruus
eſt peccati. Hanc concitat libertas a ſeruitu-
te diaboli, qui his ſolis dominatꝛ, qui eius uo
luntatem perficiunt. De quibus ibidẽ. Vos
ex patre diabolo eſtis, & deſiderijs patris ue
ſtri uultis obſequi. Tertia libertas eſt a lege,
quã ſeruitus oppugnat legis. Et cũ duplex
ſit lex, diuina uidelicet & humana. Humana
aũt bipharia, communis ſcilicet & priuata,
quæ uotum nuncupatꝛ. De omnibus his ſo-
2.Cor.11. lers exigitur diſquiſitio, ne angelus ſathanæ
ſe in angelum lucis transfigurans prætextu
libertatis Chriſtianæ inertes deludat, Dæ-

monium equidem eſt meridianũ, quia ab omnibus appetitur libertas, A quo non timebimus ſi circũdati fuerimus ſcuto ueritatis diuinæ. Nonnulla quidem de his conatu ſeptimo, indagine tertia & quarta tacta ſunt, ſed calamo nimis ſuccincto, unde pro eorũ locupletatione, quædam refricentur, ut cõgrua fiat additio. Pſal. 90

INDAGO NONA

Regeneratus per baptiſmũ Chriſti libertati donatur, ut amodo non ſit ancillæ filius, ſed liberæ, eius uidelicet Hieruſalem quę ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra. Quo fit ut huius libertas libertatem æmuletur gloriæ filiorũ dei, quantũ præſentis temporis patitur qualitas. Ea enim ſumma eſt, Ac per hoc menſura libertatis regeneratorũ in Chriſto, ut quanto hęc ad illam acceſſerit, tanto ſublimior ſit & amplior. Porro, libertas gloriæ omnem excludit ſeruitutem, Regnat equidẽ cum agno, qui ſubiectis ſibi principatibus & poteſtatibus regnum tradet deo patri, ut ſic unum ſit dei & electorũ ſuorũ regnũ, ad quod militant ſuſpirat eccleſia, huius regni poſtulans aduentum, Adueniat regnũ tuũ. Siquidem & ad nos uſq; peruenit, libertate tamen reſtricta. Quã reſtrictionem perueſtigare accomodum uidetur, ut quantũ quiſq; Gal. 4 1. Cor. 15

profecerit, metiri ualeat. Nam quanto Chriſti regnum liberius in nobis, tanto cumulatior profectio, & ad regnũ conſummatũ acceſſus.

INDAGO X

Libertas regnanti in Chriſto, ex dominio originatᵉ ſpiritus, Nam ubi ſpiritus dñi ibi libertas. Spiritus aũt dominatᵉ per fidẽ & charitatem, ut per fidem a Chriſto capite membrũ ſuſcipiat ſenſum, per charitatẽ motum, quibus proditᵉ uita, hæc per culpam oppugnanᵉ, quæ innexam habet ignorantiam. Errant enim omnes, qui operanᵉ iniquitatem, nempe excæcauit eos malitia eorũ, unde omnis malus ignorãs, Sicq; intellectũ habẽt cæcutientẽ ne ſapiant quæ dei ſunt, affectũ quoq; malitia deprauatũ, ut motui charitatis obſiſtant. Hocq; pacto ſenſu & motu deſtitutos uita quoq; carere neceſſe eſt. Adducit itaq; culpa ſeruitutẽ grauiſſimã libertati potiſſimę cõtrariã. Culpa itaq; prima & originalis, eſt ſeruitus, omniũ ſeruitutũ radix.

2.Cor.3

Sap.2

INDAGO XI

Spiritus domini ſanctus, in ſpiritu regenerati in Chriſto dominũ ſibi uendicans, ipſũ a ſeruitute liberat, ad ueram libertatem prouehit, & in regnum Chriſti etiam in præſenti adducit, in ipſoq; pro ſtatus huius modulo conſummat. Hæc autem operatur unus.

& idem ſpiritus, non perfecte in quolibet regeneratio in Chriſto, uerum diuidit ſingulis de plenitudine hac, prout uult. Gradus nempe perfectionales in libertate Chriſtiana ſũt, quibus gradatim ab imis ad ſumma proue himur, quos enucleatius explorare operæ precium erit.

INDAGO XII

Primus itaq; libertatis Chriſtianæ gradus primaq; ſpiritus libertatis operatio in ſpiritu regenerati in Chriſto, eſt culpę originalis exploſio, Nõ quidem plena, ſed tamen ad ſalutem ſufficiens & neceſſaria, ſic nempe ipſam ex ſpiritu eliminat, ut nihilominus eam ipſam in carne relinquat, Apoſtolo teſte, Rom. 7
Mente ſeruio legi dei, carne autem legi peccati. Grauis enim & oneroſa nimis in carne relinquitur, ſeruitus, poſt donatam adoptionis libertatẽ, ut non quæcũq; uolumus, faciamus. Inuenimus enim in membris noſtris legem, legi mentis repugnantẽ, & nos in lege peccati captiuantem, En libertas & ſeruitus in uno eodemq; homine, in interno quidem libertas, hic eſt nouus homo, qui ſecundum deum formatus eſt. In externo ſeruitus, hic uetus Adam eſt externus corru- 2. Cor. 4
ptioni obnoxius antiquat, Internus uero renouat de die in diẽ, Sicq; ſibi ex oppoſitiõe

diametrali quadrant, ut quantum uidelicet creſcit & uigoratur, tantū aliam languere ac diminui neceſſe ſit, quouſq; pleno ſpiritus dominio mortificet caro, aut ſuperabundā-
Mat. 11 ti carnis impetu exuffletur ſpiritus, Grandis ergo carni uis eſt inferenda, & animoſa uiolentia regnum ſpiritus de manu tanti tyranni diripiendum.

INDAGO XIII

Seuera proinde ad externū hominem edomandū expetitur cohertio, ac per uaria diuerſæq; uirtutis emplaſtra dirum hoc curandū uulnus, nec in ſalubre erit quicquid rationabili obſequio ad hoc cooperari poterit. Eſt aūt unum emplaſtrū ex humanis legibus ſalubriter directiuis & diſcrete cohertiuis opere pigmentario & artificialiter confectum & per expertum cirurgicū (diſcretū uidelicet prælatum) proinde adminiſtratū. Aliud eſt per ipſumet hominem, carne legi quidem peccati adhuc ſeruientem, meditatione tamen ſedula, remedia diſquirentem & operam dantem cura peruigili curando proprio uulneri. Et hoc quidem proprie ef-
Col. 3 ficatius eſt, hoc per apoſtolum præcipitur, Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper
Gal. 5 terram. Et alio in loco, Qui Chriſti ſunt carnem ſuā crucifixerunt cū uitijs & concupiſcentijs.

Porro, efficaciſſimũ omnium horũ eſt ſpiritusſancti medicamen, qui in ſe ſimpliciſſimus exiſtens multiplicibus operationibus & influxibus noſtris medetur morbis. Nõ nunquã enim carnem doloribus, & ſpiritũ aduerſitatibus, non ſecundis uentis flantibus afficit, ut ſic a uoluptuoſis retrahatur, & ad ſalutaria dirigatur. Dum enim caro affligit, ſpiritus ad meliora chariſmata coaptat.

Alio quoq; modo & quidem ſuaui, ſpiritusſanctus eundem operat effectũ, mentem diuinis impinguans chariſmatũ donis, ut ungentũ in capite deſcendat non modo in barbam, uerũ quoq; in oram ueſtimenti, ut ſic tota domus ex ſuauiſſimo odore ungenti repleatur gloria domini. Spiritus equidẽ hominis, gaudio ſpiritusſancti repletus, ſuperabundans conſolatione, miram in carnẽ efficit redundantiam, qua caro ipſa ſine difficultate a proprio abducitur concupiſcibili, colludens ſpiritui, & pene ſpiritualis effecta ad exteriora inſenſibilis redditur, ut dicat cum ſponſa, Verberauerunt me & non Pro. 23
dolui, percuſſerunt me & non ſenſi. Et cũ be Canti. 5
ato Petro, Domine bonum eſt nos hic eſſe. Mat. 17
Memoriam ſiquidem ſuauitatis diuinæ etiã homo eructat externus, dum torrente uoluptatis dei potatur interior. Hæc plane car-

diametrali quadrant, ut quantum uidelicet creſcit & uigoratur, tantū aliam languere ac diminui neceſſe ſit, quouſq; pleno ſpiritus dominio mortificet caro, aut ſuperabundā-
Mat. 11 ti carnis impetu exufflerur ſpiritus, Grandis ergo carni uis eſt inferenda, & animoſa uiolentia regnum ſpiritus de manu tanti tyranni diripiendum.

INDAGO XIII

Seuera proinde ad externū hominem edomandū expetitur cohertio, ac per uaria diuerſæq; uirtutis emplaſtra dirum hoc curandū uulnus, nec in ſalubre erit quicquid rationabili obſequio ad hoc cooperari poterit. Eſt aūt unum emplaſtrū ex humanis legibus ſalubriter directiuis & diſcrete cohertiuis opere pigmentario & artificialiter confectum & per expertum cirurgicū (diſcretū uidelicet prælatum) proinde adminiſtratū. Aliud eſt per ipſumet hominem, carne legi quidem peccati adhuc ſeruientem, meditatione tamen ſedula, remedia diſquirentem & operam dantem cura peruigili curando proprio uulneri. Et hoc quidem proprie ef-
Col. 3 ficatius eſt, hoc per apoſtolum præcipitur, Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper
Gal. 5 terram. Et alio in loco, Qui Chriſti ſunt carnem ſuā crucifixerunt cū uitijs & concupiſcentijs.

Porro, efficaciſſimũ omnium horũ eſt ſpirituſſancti medicamen, qui in ſe ſimpliciſſimus exiſtens multiplicibus operationibus & influxibus noſtris medetur morbis. Nõ nunquã enim carnem doloribus, & ſpiritũ aduerſitatibus, non ſecundis uentis flantibus afficit, ut ſic a uoluptuoſis retrahatur, & ad ſalutaria dirigatur. Dum enim caro affligit, ſpiritus ad meliora chariſmata coaptat.

Alio quoq; modo & quidem ſuaui, ſpirituſſanctus eundem operat effectũ, mentem diuinis impinguans chariſmatũ donis, ut ungentũ in capite deſcendat non modo in barbam, uerũ quoq; in oram ueſtimenti, ut ſic tota domus ex ſuauiſſimo odore ungenti repleatur gloria domini. Spiritus equidẽ hominis, gaudio ſpirituſſancti repletus, ſuperabundans conſolatione, miram in carnẽ efficit redundantiam, qua caro ipſa ſine difficultate a proprio abducitur concupiſcibili, colludens ſpiritui, & pene ſpiritualis effecta ad exteriora inſenſibilis redditur, ut dicat cum ſponſa, Verberauerunt me & non Pro. 23 dolui, percuſſerunt me & non ſenſi. Et cũ be Canti. 5 ato Petro, Domine bonum eſt nos hic eſſe. Mat. 17 Memoriam ſiquidem ſuauitatis diuinæ etiã homo eructat externus, dum torrente uoluptatis dei potatur interior. Hæc plane car-

nis mortificatio ſuauis quidem eſt, Non mi
nus tamẽ efficax, ex intimis uiſceribus ſcru-
tans & eruens ſaniem uirulentam, Non (ut
plerumq; fit) ſolam ſuperficietenus obdu-
cens cicatricem ipſam, nanq; carnem ſpiri-
tui per omnia ſubijcit, ut iam mira conſo-
nent caro & ſpiritus harmonia, & quædam
primi hominis in primordiali ſtatu reluce-
Luc. 17 at imago. Ac per hoc ſaluatoris dictum ueri
ficetur, Regnũ dei intra uos eſt. Hac quippe
præſtita gratia, ſpiritus diuinus in utroq;
homine imperium accipit, & regnum dei
aduenit, tametſi nondum perfectum. Felix
reuera ſtatus, & beatus homo, qui in hac ſa-
pientia morabitur, qui regnat cum Chriſto
in mortali corpore, & in quo regnat Chri-
ſtus, non temporali imperio mutabilitati
ſubiecto, ſed æterno. Spiritus æquidem hu-
manus ſpiritui diuino inſeparabili & inſu-
perabili charitate cohærens, immenſus & ab
ſorptus, in deo omnia opera ſua faciens, ue-
rius in quo deus oĩa opera ſua operatur, nõ
iam in temporis uolubilitate, ut inclinet ex
hoc in hoc, ſed ſtabili firmitate. Nonne mo
Apo. 21 do ex tempore tranſijt in æternitatem, etiam
ſub tempore uiuens. Vidit ſanctus Iohañes
Hieruſalem ciuitatem ſanctam, deſcenden-
tẽ de cœlo, habentẽ charitatem dei & agni

Non utiq; temporis uiciſſitudinis ſubiectū,
alioqui quomodo regnū dei erit in terris,
quod eſt æternum, niſi a mutabilitatis uani Eſa 59
tate ſit liberum. Non ſupra uiatoris condi-
tionem eſt ſtatus iſte, nec negandi ſunt ho-
mines eiuſmodi inter mortales & in corpo
re mortali cœlibē angelicamq; uitā agentes
Nū abbreuiata eſt manus domini, ut nedū
ſaluare, uerum perficere quoq; non queat,
eū in quo complacitū eſt ſibi, ut exuberan-
tiſſimā ſuam in ipſo oſtendat miſericordiā?
In cuius perſona apoſtolus proloquit. Quis Rom. 8
ſeparabit nos a charitate dei, num afflictio,
num anguſtia, num perſecutio, num fames,
num nuditas, nū periculum, num gladius?
Nullum malorum præteriens, quo uerus
periclitatur Chriſti amator. Vnde ſubnectit
uerum in his omnibus ſuperamus per eum
qui dilexit nos, nam mihi perſuaſum habeo
q; neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; pri-
cipatus, neq; poteſtates, neq; inſtantia, neq;
futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq;
ulla creatura alia poterit nos ſeparare a dile
ctione dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino
noſtro. Si libertas delectat, en uera & pura
Euangelica libertas, uerus Chriſtianiſmus,
uera Chriſtiana religio, uerus dei cultor,
quem pater quærit, qui eum in ſpiritu & Ioan. 4

ueritate colat, uera deniq; & pura Euangelij obſeruantia. Quomodo hunc dei cultorem immortalem negabis in corpore mortali cõſiſtentem. Quomodo nõ omnipotens, qui tam fidentiſſime loquitur, ſe omnia poſſe. Hoc eſt teſtimoniũ ſpiritusſancti, quod red
Rom.8 dit ſpiritui noſtro, quod filij dei ſumus. Proinde non te autumnes, uerum & purum Chriſtianum, niſi ad hunc ſtatũ miſericordia diuina & præeunte & comitante & ſubſequente ſuffectus fueris, nec ſubueheris quoad uetus Adã in nihilum fuerit redactus, ut ſit deus omnia in omnibus. Hoc regnum Chriſtianum reuera non uenit cum obſeruatione quarũcunq; ceremoniarum, rituũ, temporũ ciborum, & id genus ſimiliũ, nec tamen repudianda hæc, aut ueluti dæmoniorũ doctrinæ deteſtandæ, modo ad regnũ hoc, a foris ſaltem muniendũ cooperentur, & materiam ad illius ſtricturam, uel a longe coaptẽt qui non eſt contra uos, ait ſaluator, pro uobis eſt, de hoc infra profuſius.

INDAGO XIIII

Omnis illa libertas & ampliſſimũ, hoc regnum ſub libertate comprehenditur chriſtiana, regnum nempe illud præſens, unum & idem eſt cum regno æterno ſicuti eccleſia militans cũ triumphante eadem eſt, hoc di-

ſcriminat, ꝙ illa in tẽporis uolubilitate agitur, iſta in manſionis ęternitate, grandis hęc libertas prima, a peccato plurimum exoptanda.

Succedit huic alia libertas, uidelicet a lege, quam filij Adam pluris habent, & chari us amplectuntur, de peccatis expurgandis minus ſoliciti. Nempe cum Apoſtolum audiunt ad Romanos, Non eſtis ſub lege ſed ſub gratia, ad Gala. Non iuſtificabitur homo ex operibus legis, ad Timot. Iuſto non eſt lex poſita, Audiunt & iuſtificationem hanc fieri per fidem, eodem dicente, Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, Et iuſtus ex fide uiuit, exhilarantur de fide ſibi blandientes, quia autem totũ hoc pondus huic innititur columnæ, Iuſto nõ eſt lex poſita, ſolertius hoc uerbũ eſt maſticandũ, ſunt qui hoc uerbo freti, iuſtum ab omni eximũt lege, & diuina & humana, quod ſi uerũ eſt, deo æquabitur, de quo ſcribit, Omnia quæcũqꝫ uoluit fecit, & omnia opera eius uera & iuſta, & uidit deus omnia quæ fecerat & erant ualde bona, ſi enim nulli ſuberit legi, Nulli regulæ dirigenti, & opera ſua in ſtatera iuſtitiæ libranti, nõ poterit peccare, quia a nulla regula iuſtitiæ deuiare, cum nullam talem ſupra ſe habeat arguentem aut appro

Rom. 6
Gal. 2
1. Tim. 1
Rom. 5
Pſal. 113

bantem. Quid enim eſt peccatũ, niſi a regula præfixa deuiatio? porro, ſi hoc inconueniens cenſet̃ abſonus erit præfati uerbi intellectus, ut uoluntas iuſti ab omni lege ſit libera præterea ad quid S. Paulus tot ex uoluntate dei uiuendi tradidit normas? an forte ſolis eas p̃fixit peccatoribus, non etiã iuſtis? hæc & his ſimilia abſurda aliũ cogunt p̃fati uerbi indagare intellectũ, ut dicamus aliud eſſe liberum ab obligatione legis, aliud eſſe liberum a ſeruitute, aut a maledicto legis, q̃d ꝓprie ſub lege eſſe dicit̃, ut primũ nulli cõgruat uiatori, Amplius q̃q; nulli creaturæ intellectuali, cum oĩs uoluntas creata, ad hoc ꝙ ſit recta, uoluntati diuinæ debeat conformari, & ſecundũ eam regulari, quæ prima regula eſt rectitudinis & iuſtitiæ, ut quanto diuinæ uoluntati conformior, tanto iuſtior ſit.

INDAGO XV

Gal. 3 Libertas ergo chriſtiana, ſeruitutem legis extundit, legis quoq; maledictũ eneruat, cũ Chriſtus ab execratione legis nos redemit, factus pro nobis execratio, hęc enim per regnum & ſceptrũ dominat̃ charitatis, illa per timorem ſeruilem oppreſſa gemit, hæc ſupra legem, illa ſub lege conſiſtit, hæc legem ſyncera implet charitate, illa timore pœnæ ſtimulata, crucẽ legis in angaria portat, hu-

ic neceſſe non fuit legem præfrigere, cũ ductu ſpiritus ſancti in omnes feratur dei uoluntates promptiſſima charitate, unde ſignanter Apoſtolus ait, Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. iſte uero, niſi lege arceret, & pœnis terret, in omnem pręceps graderetur, uerius ageret, malitiam, humanus ſiquidē animus, cũ poſt lapſum, ſui cõpos ſit minime, magis ducit, quã ducat ſpiritu quopiam extrinſeco, qui ſi bonus fuerit & ſanctus fœlici agit ſeſſore, ſi malus, in omne præcipitiũ prolabit culpę. Sed quis cenſebit iuſtus, cui non ſit lex poſita, nec neceſſaria? nõ equidem oĩs per fidem a peccato iuſtificatus, & aqua baptiſmali purificatus hoc exornabit titulo, cũ plęriq; deũ timentes, timore etiam filiali, & in fide uiuentes, gemant ſub legis onere, utpote uaccæ fœtæ uitulos laſciuientes ſenſuales amores, domi funiculis pœnarum legaliũ religatos habentes. illi ergo ſoli hoc in loco iuſti ſignant, qui perfecta charitate, quæ foras mittit timorem, dotati, ſub libero ducatu conſiſtunt ſpiritus ſancti, qui in omnes eius motus, & inſtinctus expediti, cũcta ipſius implent beneplacita, quos ſupra depinximus, & ueros ac puros Chriſtianos deſignauimus. Gal. 5

Hæc de omnibus legibus.

INDAGO XVI

Excutit præterea libertas ſpiritus domini, humanæ ſeruitutis iugum filij quippe de hac gaudere debent libertate, q̄ ſoli deo patri ſubdant, & ab humani tributi exactione, immunes decernant, dicente domino, Petro, Reges terræ, a quibus accipiunt tributa? a filijs ſuis, an ab alienis? quo reſpondente ab alienis, ait illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filij oblectat animū libertas hæc plurimū, ſed uide ne in eam impingas, ut plus debito ceruicē excutias, ne in Petri offendas præceptū. Subiecti eſtote omni humani creaturæ propter deū. aut Pauli deludas decretū. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi a deo. quæ uero ſunt poteſtates, a deo ordinatæ ſunt, Itaque quiſquis reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit, Si igitur poteſtatū obtemperandum eſt iuſſis, cur nō & conſtitutionibus & legibus ab eiſdem conditis? Quid refert pręceptū an ſit uiua uoce prolatum, an pro firmiori ſtabilitione in ſcriptis redactū, de his loquimur, quę non diſcrepant a lege diuina nam ſi diſſonarent clara eſſet cum Petro reſponſio, obedire oportet deo magis quam hominibus, durus itaq; circa materiam hāc innectitur neruus, ſi humanis traditionibus

obligatorie obtemperandũ, quis onus hoc feret, nam quis eas denumeret in rebus & ecclesiaſticis & ciuilibus. ſanctus Petrus contra eos qui credentibus legem imponere conabantur moſaicam a deo utiq; datam inuehitur dicens. Quid temptatis deum, ut imponatur iugum ſup ceruices diſcipulorum quod neq; patres noſtri, neq; nos portare potuimus, ſi non obtemperandũ, Quantũ putas mali foris machinabitur, intus excandeſcens omniũ malorum radix cupiditas, quæ uelut immanis belua, tot digeſtis & cõſtitutionibus & legibus coerceri nequit, qd fiet, ſi nulla ſubacta fuerit loco? Cæterũ experientia edocemur, quanto plures leges, tãto breuior iuſtitia, uirtus enim peccati lex, quia nitimur in uetitum. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior, ait Sapiens. Humanæ leges uulneribus cicatrices obducunt, ut in ſuperficie appareant ſanatæ, intus uero uniuerſa ſanie plenæ, unde non mirũ, ſi nacta occaſione foris erupta obducta cute, erumpat quod intus latuit. 1. Cor. 15 Pro. 9

INDAGO XVII.

Cum libertas Chriſtiana tum a peccato tum a lege ex ſpiritu originetur, ut ſupra teſtatus eſt Paulus, Vbi ſpiritus ibi libertas. Et ſi ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege. Cõ 2. Cor. 3

ſequens eſt libertatem illam eſſe & fieri maiorem, & minorem ſecundũ amplitudinē uel
Gal. 5 reſtrictionem regni ſpiritus in nobis, quod in charitate conſiſtit, conſequit̃q; quod ubi amplior charitas, amplior & ſit libertas, q̃a minor cupiditas quæ ſeruitutem adducit, porro ſi cupiditas tyrannica magnam occupauerit partem, ne in immenſum excreſcat, & auctis uiribus totum occupet regnũ, contraq; ſpiritũ præualeat, neceſſe eſt eam diſciplinæ coerceri frenis, & non modo diuinis, uerũ quoq; humanis reſtringi legibus, cum leges propter tranſgreſſionem poſitæ ſint. Quid enim eſt homo a regno ſpiritus exul, & nulla lege cohercitus, niſi beſtia, immo omniũ beſtiarũ nocentiſſima, quis dimiſit o-
Iob. 39 nagrum liberũ, ait dominus ad Iob.

INDAGO XVIII

Libertati euangelicæ, quæ libertas ſpiritus dicit̃, nõ præiudicant quæcũq; leges uel conſtitutiones ab hominibus inſtitutæ, diuinis iuſſis non obuiantes. perſuadet̃ hoc triplici probamine, primũ quia leges pure humanæ tranſgreſſorem non ligant ad peccatũ, ſed ad pœnã, quæ per earũ infligi poteſt conditorem, neq; enim homo legem conſtituens, deum faciet ſuũ lictorem, & ſententiæ

ſuæ executorem, ut ſi ille quempiam ad pec catũ artare ſua conſtitutione uelit, deus tali uel tali tranſgredientem in ſtatu futuro pœna plectat, Chriſtus eſt qui claues mortis & inferni habet, claudit & nemo aperit, aperit Apo.1 & nemo claudit, ſufficiat homini, pœna tem Apo.3 porali ſuæ legis tranſgreſſorem plecti, loquimur autem de legibus pure humanis, quæ uidelicet nihil de lege diuina adiunctum habent, ad excludendum uota, & ea quæ ex lege manant diuina, ſaltem neceſſaria conſequentia, unde quantum lex alia uel conſtitutio humana habet de lege diuina, tantum obligat in conſcientia, & non plus, & hoc quo ad id quod eſt ex parte legis. Cæterum legis humanæ tranſgreſſor moueri ad tranſ greſſionem poteſt ex uitioſa cupiditate aut temerario cõtemptu, per quæ peccatum nõ euadet coram deo (dixi temerario contemptu, contemptus enim qui interpretatiuus nuncupať cõcurrere poteſt in omni peccato ſcienter cõmiſſo) ut ſi ex contemptu legislatoris aut ſui ſuperioris, tanquam principali motiuo tranſgrediať conſtitutũ, talis peccatũ euadere non uideť, offendens in præceptum. Honora patrem tuum & matrem. Gene.9 Cham, quia patris nuditatem deriſit, male dictionẽ incurrit, Econtra rechabitę qa obe

dierunt uoci patris eorũ Ionadab,qui præ-
cepit eis,ut nunquã uinum biberent,nec do
mum ædificarent,nec agrum uel uineam co
lerent, ſed in tabernaculis habitarent cun-
ctis diebus,ad quæ utiq; ex lege diuina non
fuerunt aſtricti, a domino ſunt cõmendati,
& promiſſionem acceperunt, ꝙ nunquam
deficeret uir de domo eorũ ſtans coram do
mino. En quantum placet deo obedientia
humilis & reuerentialis, etiã in conſtitutio-
nibus pure humanis. Cernis candide lector
quanta ſit libertas Chriſtiana,tanta utiq; ut
nulla creatura,quacũq; lege a ſe ꝓlata Chri-
ſtianũ ligare poſſit in conſcientia, ut ſic deũ
ſolum ſuũ recognoſcat ſaluatorem & iudicẽ
Secundo perſuadet charitatis imperiũ, q̃d
nullis reſtringi poteſt legibus, tantæ enim
uirtutis, tantæ auctoritatis charitas eſt, ut
quicquid ab ea diſcrepat, uiribus deſtituat.
Saluator teſtatur de magno mandato legis
inquiſitus. Diliges inquiens dominũ deum
tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua,
& in tota mente tua,hoc eſt primum & ma-
gnum mandatũ,ſecundũ aũt ſimile eſt huic.
Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, in his
duobus mandatis uniuerſa lex & prophe-
tæ pendent. Si uniuerſa lex & prophetæ ex
mandato charitatis pendent,multo fortius

uniuerſæ hominũ leges & traditiones, uota, & obſeruantiæ, ut offendens in charitatem omniũ ſit reus, econtra charitatem obſeruans, nullius legis cenſeatur tranſgreſſor. Adſtipulat Paulus, Finis legis eſt charitas, de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Nulla ergo lex quantũcunq; alias rationabilis & iuſta, ſi in caſu particulari contra charitatem militauerit, eſt obſeruanda, & cũ in caſu tali non liget, diſpenſatione nõ egebit, Omnes ergo leges, cunctæ conſtitutiones, in legem charitatis ſunt reſoluendæ, ut charitati conſonant eaq; promouent, tan tum ligent, & nõ plus, Iudiciũ autem hic exi gitur ſobrium & diſcretum, ne carnalitatem charitatem iudices, & aut tibiipſi aut proximo blandiens affectu carnis, bonum malum & malũ bonum cenſeas, Non enim omniũ eſt hoc iudiciũ, ſpiritualem expetit ui rum, a deo illuminatũ, qui in eo lumine oĩa ſecundũ ueritatem iudicat, carnalis uero car nis nebula cæcutiens, non ſapit ea quę ſunt ſpiritus dei, ideo male iudicat, palatũ enim ut febricitans infectũ habet, quid autem cha ritate dulcius? Si itaq; in omniũ legum obſeruantia charitas quæritur, & in eius pura obſeruantia omnes obſeruant leges & ſtatuta, quid cauſſaris de legum, conſtitutio-

Eſa. 5.

1. Cor. 2

num, uotorum, obſeruantiarũ ponderoſitate & numeroſitate? Tene charitatem, & fac quicquid uis.

Tertio perſuadetᷣ ex libertate ſpiritus, leges equidem humanæ nõ ſpiritũ iuſti præmunt, ſed eã partem quæ ad huc ſeruit peccato, delectat me lex dei ſecundũ internũ ho-
Rom.7 minem, ait Apoſtolus, ſed uideo aliam legẽ in membris meis rebellantem legi mentis meæ & captiuũ reddentem me legi peccati. Iuſto nõ eſt lex poſita, pro quanto iuſtus eſt pro ea aũt parte in qua iuſtitiæ aduerſatᷣ legẽ corrigentem & reformantem ſuſtineat neceſſe eſt. Si aliqua ex parte ſeruis peccato, ſerui & legi. Si libertatem quæris a lege, mortifica ueterem hominẽ, Renouari ſtude ſpiri-
Ephe.9 tu mentis tuæ, & indue nouũ hominẽ, qui iuxta deũ conditus eſt per iuſtitiam & ſanctitatẽ ueritatis. Vis nõ timere poteſtatẽ, ait
Rom.13 Apoſtolus, q̃d bonũ eſt facito, & feres laudẽ ab illa, dei enim miniſter eſt tibi in bonũ.

CONATVS X

SVper eſt alia quæ prędicatᷣ libertas ab obligatione uotorũ, quæ an euangelica ſit & baptiſmũ conſequatur ſumopere exquirendum uidetᷣ quibuſdam differenti-

bus, ꝙ ſic alijs ad contradictoriam declinantibus partem, uentilabimus autem materiã de perpetuis uotis, qualia ſunt religioſorũ, ex quibus temporaria penſitari poſſunt.

Quod religioſorum uota non obligẽt & ex conſequenti ſint abolenda, ſubſequentia probant.

Primũ probamen ſumit ratione ſeruitutis quã inducũt, oneroſa enim ſeruitus eſt, quæ toto uitæ tempore captiuat totũ hominem ſub ritibus & ceremonijs externorũ operũ. Cum deus regenerato per baptiſmum plenam donauerit libertatem, & totum euangelium ſit quædam libertas ſpiritus, unde non uidetur, ꝙ deus iterato ab eo perpetuam acceptat ſeruitutem, qualis eſt in obſeruantia uoti perpetui.

Secundũ, Regulæ religioſarũ perſonarũ ſunt ab hominibus inſtitutæ, ſicut & earũ teſtant profeſſores, & ſic ſunt humanæ adinuentiones, & cũ addant ad ſcripturã ſacram, contra id Deut. Non addas ad uerbũ quod locutus ſum, nec minuas, & in Apo. Si quis appoſuerit ad hæc apponet deus ſuper illũ plagas ſcriptas in libro hoc. Erunt humanę præſumptiones, quæ in diuinis ſcripturis reprobant, ideo abolendæ. Deu.12.9 Apo.22

Tertiũ, religioſi plærunq́;, ut alter Simon Cyreneus, crucem in angaria portant, ſub onere regularis obſeruantiæ gementes, cuius argumentũ uidetur, ꝙ nonnulli abiecto habitu, & poſthabito ſuo ordine, tanquam ſarcina intollerabili ad communem redeũt ſtatũ. Talia autem exacta obſequia deus nõ approbat, Paulo teſte, hilarem datorem diligit deus.

2. Cor. 9 Quartũ, Religiones facticiæ non reformant interiorem hominẽ, qui renouari debet de die in diem. Nec ſunt de ueris uirtutibus, & interno dei cultu, qui principalis eſt, ſed de exterioribus operibus, quæ magis hypocritas quã ſanctos faciunt, in quibus non eſt uera pietas, ſed quædam ſanctitatis apparentia & phariſaica iuſtitia, quæ frequẽter a ſaluatore noſtro reprobatur. Cum Paulus dicat, Exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio admodicũ utilis eſt, pietas aũt ad omnia ualet, promiſſionem habens uitæ quæ nunc eſt & futuræ.

2. Cor. 4

1. Tim. 4.

Quintũ, opera illa externa uotorũ expungunt fidem, quæ iuſtitiã operũ peſſundat, quia hæc gloriam deo reddit, illa uero dum cordis fiduciam ad ſe attrahit, gloriam dei euacuat.

Sextum, ſpem præterea eneruant, quę ſo

li miſericordiæ diuinæ innititur. Contra uotorum obſeruantia ſpem in opera hoc eſt, in ipſam obſeruantiam ponit, unde & nonnullis religioſis poſt uoti emiſſionem promittitur, ſi hoc obſeruauerint uita æterna, non ſine præſumptione magna, & quadam blaſphemia, Quis enim promittere uitam æternam poteſt, niſi ſolus deus?

Septimũ, Caritatem quoq; lædunt, & eccleſiæ unitatem ſcindunt, dum ſectas introducunt Chriſtianæ religioni odioſas. Et cũ inter ſeipſos plerũq; de religionum ſuarum perfectione digladiantur, nõ modo à cõmuni hominum ſtatu, ſed & inter ſe diſſident, & contrarijs opinionibus inſectantur.

Octauũ, deniq; cõmunem Chriſtianitatis ſtatum cõtemptui habent, quaſi Ethnicorũ uitam, uti phariſæus in templo, religionis nomen omnibus Chriſtianis commune ſibi uſurpantes. Luc. 18

Nonum, Sanctitatem & perfectionem ſibi uendicant, quaſi religio factitia ampliorem communis uulgi ſanctitatem conſtituat, quo fit ut hypocritarũ more facile alios iudicent.

Decimũ, Multa proinde ſuſcitant ſcandala, & doctrina indiſcreta & conuerſatione uitioſa, ſicuti totus mundus teſtatur.

Vndecimũ, Traditiões ſuas pluris ducũt quã dei mandata, ut de eis uerificet̃ illud ſaluatoris, Vę uobis ſcribæ & phariſæi, qui decimatis mentam & rutã, & quoduis olus, & præteritis iudicium & caritatem dei.

Luc. 11

Duodecimũ, Periculoſæ præterea ſunt, q̃ ad cœlibatũ potiſſime. Cũ enim ea ſit imbecillitas carnis noſtræ, ut Chriſtus etiam neget oẽs capere ſermonẽ de cœlibatu. Quid attinet uulgare in tot hominũ milia rem adeo ancipitem?

Tertiumdecimum, Mundo plurimũ ſunt oneroſæ quo ad paupertatis uotũ, nã poſſidentes multa temporalia conſarcinant & accumulare non deſinunt, mendicantes uero ſuis mendicationibus moleſtæ ſunt oĩbus.

Quartũdecimum, Præſumptuoſum uidetur ad ampliora, quã Chriſtus inſtituit ſe obligare. Cũ enim baptizatus uoto ad euangelicã regulam, qua maior non eſt aſtringit̃, ad cuius puram & perfectam obſeruantiã uix unquã per totam uitam pertingere præualet, omnibus etiam ſuis adhibitis conatibus & uiribus, iuſtum uidet̃, ut ab alijs omnibus reueletur, ſi de facto implicitus eſt, & de futuro alteri ponderi ſe non ſubmittat, ne in præcipitium corruat.

Quintũdecimum, Quod ad ipſam uoti

rationem attinet, neq; præcipit, neq; conſulit ſcriptura, ut quidpiam deuoueatur. Non probat autem deus, niſi quæ uel præcipit, uel conſulit, Quare non uidetur quid accedat pietati per uotum, cũ nullum in ſcriptura exemplum quoq; habeat.

Sextumdecimum, Scriptura diuina inſtitutis regularibus reluctatur. Ait enim Moſes in ueteri inſtrumento, Ne declinaueris abhis quæ præcipit tibi dominus, neq; ad dextram, nec ad ſiniſtram. Et Paulus in nono, Si nos aut angelus de cœlo prædicauerit uobis Euangelium præter id quod prædicauimus uobis anathema ſit. Deut. 28. Gal. 1

Decimumſeptimum, Cæterum, Copioſiora quoq; ſibi pollicentur præmia, utpote qui grauiora ſuſtinuerunt onera, pondus uidelicet diei & æſtus. Et ſic notant̃ de ambitione & ſuperbia. Infert̃ ex his, cum nec deum pie colant, nec eccleſiæ proſint, nec proximorum ſaluti intendant, ſed cuncta inuertant, ꝙ ſint idolatræ ſimulatores hominum illuſores, ac ipſa monaſteria ſpeluncæ latronum. Ex conſequenti iuſte exterminandi, ne elementa quoq; per eos inficiantur.

Contradictoriã fouentes partem his utunt̃ munimentis.

Primũ, perſuadet ex regularum & religio nũ inſtitutionibus qui fuerunt ſancti & deo dilecti, a deo in uita, & poſt mortem approbati, ſignis & prodigijs. niſi omniũ ſanctorum calumniētur legendas, quod ethnicorum non irrogatur hiſtorijs. Hi qui ſpiritu ſancto pleni fuerunt nõ ſine ſpiritusſancti du

Act. 1 ctu ipſi primi ſua ſeruauere documēta, quia diſcipuli illius qui cœpit facere & docere, poſteriſq; ſeruanda eodem ſpiritu tradidere, quæ niſi ſalubria, & nõ modo paucis, ſed & multis imitanda forent in publicam uiuendi normam non inſtituiſſent. Accedit ſecundo temporum longæuitas, nam ante annos mille ſanctus Baſilius in orientali eccleſia monachorum inſtituit regulam. Sanctus Benedictus glorioſus monaſticorũ dux & pater in occidentis partibus ordinem fundauit, ex quo innumeri prodiere uiri, ſanctitate illuſtres, & miraculis clari. Durauit hic ordo celeber per annos circiter mille. Hos inſecuti poſteri agricolę, ad uineæ culturam tardiore hora uocati, qui & ipſi uita & doctrina præcipui, per regularũ inſtitutiones ſpiritusſancto duce cumulatiſſimũ popolum utriuſq; ſexus in uineam domini ſabaoth excolendam tranſmiſere. Porro antiquitatis argumentũ in his quæ animæ concernunt

ſalutem, nõn nihil ponderis habet, dum pro miſſioni diuinæ innititur; Ego uobiſcum ſum uſq; ad cõſummationem ſeculi, Et ſpiritusſanctus docebit uos omnia. Mat. 28 Ioan. 14. Præſcriptio ergo illa tot temporũ curriculis, tot ſanctorũ uirorum probatiſſima uita, tot diuinis teſtimonijs & ſignis ſtabilita, iure perpetuo ſtabit inconuulſa, ſupra firmam petrã radicata, Petra aũt eſt Chriſtus, Deſcendat imber, ueniant flumina, flent uenti, irruant in domũ, religionem quamcũq; nõ proſtrabunt, quia bene fundata eſt, modo domeſtici eius fideles ſint propugnatores, & obſeruantiæ regularis æmulatores ac alumni fideliſſimi. 1. Cor. 10 Mat. 7

Adſtipulatur promiſſorum ſoliditas. Nã aliud quid uouent religioſi, quam doctrinã euangelij & monita ſaluberrima Ieſu Chriſti? Nõne illa eorũ paupertas a dño eſt perſuaſa? Dum ait, Si uis perfectus eſſe, uade, uende quę habes & da pauperibus, & ueni, ſequere me. Mat. 19 Act. 2 A primæua quoq; eccleſia practicata, in qua omnia erant cõmunia. Nõne cœlebatus ab eodem eſt cõmendatus, dum triplex eunuchorũ recitans genus, de tertio ait, Qui poteſt capere, capiat, ac ſi dicat, tantæ eſt excellentię, q non omnes poſſunt capere. Mat. 19 Teſtatur Paulus, De uirginibus, inqui- 1. Cor. 7.

ens, præceptū domini non habeo, conſiliū autem do tanquā miſericordiā conſecutus a dño in hoc, ut ſim fidelis. Arbitror igitur hoc bonū eſſe propter præſentem neceſſitatem. Nā bonū eſt homini ſic eſſe. Obedientia deniq; eorū, nunquid ea eſt de qua ſaluator (poſtquā de ſua obedientia in cruce con
Luc. 9 ſummanda locutus eſt) ſubiungit, Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā quotidie, & ſequat̃ me. Nō abnuimus quin in uulgari obedientia quædā ſimilitudo exprimat̃ & imitatio obedientię Chriſti, longe tñ illa religioſorum præſtan
Pſal. 43 tior, quæ durius propriā mactat uoluntatē, ut dicant cū propheta, Quoniā propter te mortificamur tota die, facti ſumus ſicut o
Mat. 12 ues occiſionis. Nonne ſilentiū eorū ſalubre, Euangelici cōſeruatiuū ſilentij. De quocūq; uerbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddituri ſunt rationē in die iudicij. Hoc pacto monaſticorū inſtituta peruagando, & oculo columbino cōſpiciendo, inueniet̃ ex euangeliorū hauſta fonte, ut nō adinuentōes humanę, ſed inſtitutiones probent̃ diuinæ. Fructus deniq; ex regulari religioſorū obſeruantia naſcunt̃ tam uberes, ut non ſit deū timens, qui ex eis nō recreet̃. Verū hos præterimus ne iactantię inculcetur uitiū. Qđ ſane

uitabitur ſi gloria deo fideliter reddit, Qui operatur omnia in omnibus, ut dicamus cũ propheta, Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Omnia enim opera noſtra operatus eſt in nobis. 1.Cor.12 Pſal.113

Hi probamina a diuerſarijs pro oppoſito perſuadendo inducta mo do diluunt ſubſcripto.

Ad primum probamen reſpondent, dicto ſanctæ Agathæ, Summa ingenuitas eſt, in qua ſeruitus Chriſti comprobatur, Felix ſeruitus, quæ ad crucem Chriſti religat, quæ uitia cohibet. Quæ etſi uirtutes non conferat (quod ſolius eſt dei) ad eas tamen mirum modũ diſponit, quæ mentem præparat ad ſpiritusſancti unctionem, Quę peſſulum oſtij dimouet ut dilectus cordis cubiculum intret, qua die noctuq; uigilando & orando, ſponſi præſtolatur aduentus, Rident & derideant carnales homines, qui nõ ſapiunt quæ dei ſunt monaſticorũ inſtituta quantumcunq; externa. Non penſitant quã ſalubris, quãq; neceſſaria ſit externi hominis reformatio, ut internus liberior in deum ferat. Non primum quod ſpirituale, ſed q̃d animale, ait apoſtolus, deinde quod ſpirituale. Ridendi utiq; eſſent religioſi, qui omnem religionis uim, omnem perfectionẽ Cant. 5 1.Cor.2 1.Cor.15

in externis cõſtituerẽt obſeruatiunculis, Et non cũ ſapiente cogitarent in corde, abſtrahere a uino carnem ut animũ transferrent ad ueram ſapientiã. Porro, religatio illa monaſtica, non oppugnat libertatem Chriſtianam, quin eam promouet, dũ a uitijs arcet. Poſſe enim peccare nec libertas eſt, nec pars libertatis ueræ Chriſtianæ, alioqui beati in cœlo uera non gauderent libertate, qui peccare nõ poſſunt. Tanto ergo maior libertas, quanto a malo amplior reſtrictio, & ad bonũ dilatio, Pari modo uoti ꝑpetuitas dum totam uitã Chriſto domino dedicat, liberiorem ad deũ Chriſtianum reddit animũ. Ad ſecundũ, tametſi miniſteriales regularum inſtitutores homines fuerũt, quia tamen principalis inſtitutor & omnium bonorũ operator ſpirituſſanctus eſt, non concludi poteſt, eſſe adinuentiones hũanas. Quæ bona ſunt, ad bonum reducenda ſunt principiũ. Nam non poteſt arbor mala fructus bonos facere, nec arbor bona fructus malos. Proinde nõ addunt ad ſcripturas ſanctas aliquid ab ea diſcrepans, ſed ſola promouentia ad puriorem earum obſeruantiã, unde ſunt de his quæ ordinantur ad finem, quæ bonitatẽ ex fine ſumunt. Suntq; ſubſumptiones quædã particulares ex Euangelica & apoſtolica do

147

ctrina,ſicut ex præmiſſis emanãtes. Ob hoc nec ſunt ad dextram, nec ad ſiniſtram, Nec ꝑterea quæ ab apl'o ſunt tradita, ſed ſub eis. Ad tertiũ,Non eſt inſtituti noſtri nonnullorum monaſticorum,aut ignauiam excuſare, aut laſciuiã palpare. Crucem in paſſione domini triplicem contemplamur, Prima ſaluatoris eſt,Secunda ſaluandi,Tertia reprobandi,Primã perfecti baiulant, qui cum ſaluatore crucem ſitiunt, dicente, Baptiſmo habeo baptizari,& quomodo coartor donec perficiatur. Felices plane hi, qui gaudium in tribulatione,ſuauitatem in amaritudine,leuitatẽ ſentiũt in põdere ut in ſola gloriẽt Chriſti cruce,talis apl's fuit,tales & apl'ici uiri,perfecta Ieſu charitate inebriati, non tales ſecundi,patienter tamen crucem ferunt ſalubrem eam cognoſcentes ſibiq; ipſis uim facientes cœlorum regnum rapere ſatagunt. Verum leuamen ſentient, ſi perſeuerauerint,ſi uenenatorũ linguas obturata aure præterierint, dicentiũ,Si filius dei eſt,ſi ſeruus Chriſti eſt, ſi uerus chriſtianus eſt, deſcendat de cruce profeſſionis ſuæ, & credimus ei. Ad latronis dextri grandem ceſſit felicitatem ꝙ cruci erat affixus,ꝙ deſcendẽdi ſibi libertas adempta,tentationi forte ceſſiſſet.Cernis &ibi non nihil conducere uotum,nẽ qualibet im Luc.12.

portuna tentatione, ſpiritu fragilis, auocetur a cruce. Porro, tertij cruci infelici appenſi eandem tolerant paſſiouem, diſparem aũt recipiunt remunerationem. Reproba nempe uoluntas antidotum ſaluberrimũ in uenenum uertit, Non deſunt tria hic crucifixorum genera in monaſticorũ uita, uerũ inquirimus, uitia hæc naſcantur, ne ex profeſſione & ſtatu an ex perſonarũ uouentium uitio ut ſecundum ſtatuamus, principium totis abnegantes uiribus.

Ad quartũ, Fatemur ingenue interioris hominis reformationẽ ſolius dei benedicti opus eſſe, nullãq; creaturam uel ad idoneam præparationẽ uiribus ſuis poſſe pertingere, Prima aũt gratia percepta hominẽ deo cooperari poſſe, Fatemur nihilominus, externa opera de genere bona nõ ex interno bono affectu prodeuntia, nec ad bonũ internũ procurandũ ordinata, ſimulachrũ non rem eſſe uirtutis aut pietatis, actoremq; hypocritam, Ex contrario aũt affectu, aut ad oppoſitum finem prodeuntia, repudianda uel refellanda minime. Nam & Paulus non ait, corporalis exercitatio ad nihilum utilis eſt, uel hypocritam facit, ſed ad modicũ utilis eſt, pietatis reſpectu, Vtilis equidem ad antiquum Adam crucifigendum & mortifi-

candum eſt, Qui niſi crucifixus fuerit, & in cruce mortuus, nouus homo nõ reuiuiſcet, perpendis nonnihil cõducere religionis auſteritates.

Ad quintum, Abſit ut unquã externa bona opera ex ſe fidem expungant, Quin fatemur fidem ſine operibus etiam extrarĳs, pro loco & tempore non poſſe ſubſiſtere, nec iuſtitia operum, cordis fiduciam ad ſe quantum ex ſe eſt, attrahit. Si autem attrahit ex uitio operantis contingit. Vnde fides opera bona quæcunq; non peſſundat, fiduciam autem in opera exterminat. Vitium ergo perſonæ eſt, nõ operum, ſi deo gloria decerpitur.

Ad ſextum, Confitemur omnem noſtrã ſalutem ex dei liberaliſſima miſericordia & pietate ſine ullis noſtris meritis præambulis depẽdere. Recognoſcimus nihilominus ſuã exuberantiſſimam in nos caritatẽ, qua incitante cũ omnia per ſeipſum poſſit, nos nihilominus ſuos habere uelit cooperatores, ut laudandi & remunerãdi ſuos electos occaſionem habeat, ut apoſtolus ait, Tunc laus erit unicuiq; a deo. Promiſit deus nobis peccatorũ remiſſionem, non noſtris meritis, promiſit gratiarũ collationem, ad quã noſtra quoq; non pertingũt merita. Nam 1.Cor. 4.

Rom.11. ſi gratia non gratis donatur, iam non eſt gratia, Promiſit deniq; bona æterna. Et in hac nos expetit habere cooperatores, ut ſacra teſtatur ſcriptura Geñ. Ego protector tuus & merces tua magna nimis, & Hiere. Eſt merces operi tuo, ait dominus. Et dominus, Voca operarios & red de illis mercedem. Filius hominis uenturus eſt in gloria patris ſui, & tunc reddet illis ſecundum opera ſua. Multa in hunc modũ ſcriptura teſtatur, nec hoc diuinæ gloriæ derogat, cum certo ſciamus & ipſa bona opera nobis donari a deo. Infertur, Deſcriptio ſpei qua aſſeritur certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis prouenïens, non eſt penitus repudianda quod dicit̃ ex gratia, immenſam dei pietatẽ cõmendamus, Et meritis, dulciſſimam dei amplectimur condeſcenſionem. Cæterũ, cũ deus ſeruanti mandata promittat uitam æternam, dicens, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Cur non eadem fiducia poteſt homo hõi uitã ꝓmittere æternã, ſeruãti regulam, pro pleniori mandatorũ diuinorum obſeruantia conſtitutam? Quid enim eſt regularis obſeruantia, niſi pura & expedita diuinæ legis cuſtodia, diuinæq; uolũtatis ſyncera impletio?

Geñ.15. Hiere.31. Matt.20. Matt.16. Matt.19.

Ad ſeptimũ, Multipharij modi diuinum

adimplendi beneplacitũ, nec caritati derogant, nec unitati, quia accidentales ſunt, Porro eſſentialis eccleſiæ unitas eſt, unum corpus, unus ſpiritus, una ſpes uocatiõis, unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus denarius diurnus in qua omnes conueniũt. Varietas hæc in eccleſiæ indumento pulchritudini eſt non dedecori, quę deſcribitur circũamicta uarietate. uti & Iacob, patriarcha Ioſeph filio dilecto tunicam fecit polimitam. Nec inter ſe plurimũ diſtant cum in principalibus cauſſis quatuor conſonent. Principalis nãq; religionum inſtitutor ſpiritusſanctus eſt, originalis omnis boni fons. Huius miniſtri & executores fuerunt homines regularum promulgatores. Materialis cauſſa tria ſunt uota in diuerſis regulis diuerſimode limitata. Formalis eſt doctrina euangelica, omniũ religionum exemplar. Finalis in præſenti eſt caritas ſaluatore teſte. In his duobus caritatis præceptis omnis lex pendet & prophetæ, ergo & omnes regulæ, oẽs conſtitutiones eccleſiaſticæ. Porro, in futuro eſt beatitudo. Vniuerſaliter autẽ, gloria dei qui eſt benedictus in ſecula. Vnde non ſunt ſectæ perditionis, de quibus beatus Petrus loquitur, Nõ deſunt inter monaſticos qui de religionum diſceptant perfectione,

Ephe. 4

Pſal. 44

Gen. 37

Mat. 22

2. Pet. 2

quorũ perſonales defectus nõ excuſamus.

Ad octauũ, Ex inſtituto monaſtico per ſe perfecto nõ habetur cõtemptus cõmunis fideliũ ſtatus, nec temerariũ aliorũ iudicium, nec ſanctitatis & perfectionis ſingularis uſurpatio, nec puſillorũ ſcandalizatio, nec inſtitutorũ ſuorum pluris æſtimatio quã dei mandatorũ. Vnde, hæc ſi fiant nõ ſtatui imputent, ſed perſonis ſtatui ſuo male quadrãtibus, alioqui & euangelica doctrina nõ carebit calũnia ob Chriſtianorũ numeroſam multitudinẽ in uita ab Euangelio diſcrepantium. Peragra ſtatus ſingulos in Ierarchia eccleſiaſtica, penſita ſi non in ſingulis grandis ſit uitæ ad ſtatuũ perfectionem diſcrepantia. Qua ergo diſcretione ſolus monaſticus ſtatus ex nõnullorum ſcandaloſa uitia in diſcreta doctrina calũniam patitur, ac præter cæteros qui in eadẽ ſunt damnatione. Per hoc, patet reſponſio ad octauũ, nonum decimum & undecimũ probamina, quia hæc ſi fiunt perſonalia ſunt uitia nõ niſi ſtolidorũ iudicio ſtatũ infamantia. Cur nõ & bonorũ religioſorum cõuerſatio penſat exemplaris & ſancta. Quid niſi liuidus intercedit oculus, ſed hæc miſſa faciamus.

Ad duodecimũ, aſſerere cœlibatum eſſe periculoſum, & rem ancipitem, cum ſit a do

mino commendatus & a Paulo conſultus, quid aliud eſt quam/in Chriſtum & Paulũ conuitia iaculare, utpote qui pericula ſuadeant. Verũ nonnullis in particulari poteſt pericula ſuadeant. Verum nonnullis in particulari poteſt periculo eſſe. His uidelicet qui hanc in domino non ſuſceperunt gratiam, ut continenter uiuant, Vnde ſaluator, dicẽs Non omnes capiunt uerbũ iſtud. Non negat, multos poſſe capere, Hi utiq; quibus datum eſt, Eſt ergo munus dei, Sapiente teſte, Sciui, quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi deus det. Ea de re, non poteſt certa præfigi circa ætatem, ſexum, aliaſue conditiones regula, Cum deus ſua donet munera, quibus uult, quando uult, quantũ uult, quomõ uult, qua hominis ætate uult. Hoc requirit̃, ut ſpiritus ſi ex deo ſint probent̃. Ad q̃d probationis annus in religionibus eſt inſtitutus. Nõnullos dominus ad cœlibatũ in pueritia, alios in adoleſcentia, alios in ætate prouecta, alios in decrepita uocat, Quis dicere ei poteſt: cur ita facis. Sap. 8 Iob. 12

Ad tertiũdecimum, Religioſorũ paupertas quo ad proprietatis abdicationẽ in priuato, liberum reddit ad ſpiritu alia opera ſpiritũ, & ad ueræ ſapientiæ ſtudiũ, ideo utilis & accõmoda. Porro, quia aliorum curam

inter eos circa temporalia gerunt, cum id ex obedientia, aut caritate fraterna faciunt, detrimentũ non patiuntur. Caritas enim quæ omnia ſuffert, & multitudinem peccatorum
1.Cor.11 operit, abundanter ſupplet quod ſpiritui
1.Pet.4 deeſt, Quod ad temporalium poſſeſſionem qui iuſtius temporalia poſſident his, qui totam uitam diuino dedicarunt cultui? Cum temporalia ad corporis ſuſtentationẽ, Corpus ad animæ obſequia, Anima ad diuinũ cultum ſint ordinata, ut ſic omnia in gloriã referantur factoris. Quo ad mendicitatem, cum paupertas mundo ſit odioſa res plurimum humiliat ſpiritum ſuperbũ, Perſonam uilificat ſecundũ iudicium mundi, & a temporalium ſolicitudine liberum reddit. Vnde ad ueræ ſapientiæ ſtudiũ promouet ſpiritum, ad ſuperna eleuat, & ad omnia bona expeditum facit. Promouet nihilominus fideles ex occaſione ad miſericordiæ & pietatis opera, deo grata, dum ad eleemoſynarũ inducuntur largitione, unde in nouiſſimo iudicij die a dño cõmendent, ipſo dicente, Venite benedicti patris mei in regnũ, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c. Vox plane dulciſſima electis miſericordibus, Vti econtra, nulla intollerabilior illius negatiua ex diametro illi oppoſita, Ite maledicti &c.

Non obſtat id quod in Deu. legiť, Omnino Deut. 15
indigens & mendicus nõ erit inter uos. Nã
pro tempore quo temporalia in benedictio
ne erant dictũ eſt, In noua aũt lege ubi pro-
mittunť æterna & paupertas ſpiritus beata
prædicať, ſecus. Nec dictũ apoſtoli obuiat,
Qui furabať, non amplius fureť, magis autẽ
laboret operando manibus quod bonũ eſt, Ephe. 4
ut poſſit impartiri ei qui opus habuerit. Cõ
tra illos enim loquitur, qui temporalia ac-
quirebant iniuſte, ut prænotant uerba. Alio
qui, ſi præceptũ eſſet de labore manuũ ſuarũ
eleemoſynas facere, omnes qui hoc non fa-
cerent, tranſgreſſores præcepti eſſent. Inuol
uerentur quoq; ipſi apoſtoli, qui non legun
tur uictum manibus quæſiſſe, paulo dem-
pto, nec fideles in Hieroſolymis, quibus
Paulus & Barnabas eleemoſynas mendica
uerunt. unde Paulus ait Iacobus & Cephas Gal. 2
& Iohannes mihi & Barnabæ dextras dede
runt ſocietatis tantũ, ut pauperũ memores
eſſemus. In quo & diligens fui ut hoc ipſum
facerem. Et ad Corinth. Cæterũ de collatio-
ne in ſanctos quemadmodũ ordinaui in ec-
cleſijs galatiæ ita & uos facite, in una ſabato
rum unuſquiſq; ueſtrum apud ſe ponat, re-
condens quicquam cõmodum fuerit. Pro-
fecto ſi iuxta uerba domini Ieſu, beatũ eſt da 1. Cor. 16

re potius quã accipere, Beati ſunt religioſi, qui omnia dederunt, nihil ſibi in priuato reſeruantes. Et pauciora recipiunt corporis, uidelicet ſuſtentationem ſecundũ Apoſtoli
1.Tim.6
cam regulam. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti erimus.

Ad quartumdecimum, Cum ex ſuperioribus liqueat Monaſtica inſtituta ex euangeliorum ſcaturire fonte, ad eundẽq; deriuari, nec quicquã contra legem dei contrarietatis continere. Nec abſurdũ quid contra morum honeſtatem, contra publicam utilitatẽ, contra charitatem deniq;, quæ omnia complectitur, bona ſtatuere aut præcipere, quin omnia horum contraria inducere, qua fronte præſumptiones cenſebunt humanę? Quę iugum domini ſuaue & onus leue amplius alleuiant, ſi diſcretæ interpretent & ſeruentur. quemadmodũ tranſferre cupiens pondus graue quingentorũ talentorum, ſi aliud adiecerit pondus, uidelicet quadrigę, leuius feret. Sic inſtituta hæc dũ longius a peccatorũ abducũt occaſionibus, ad timorẽ & amorem dei promouent, ad oĩa uirtutũ chariſmata & ſalubria exercitia expeditũ reddũt.
Pro.26
Non onera dicenda ſunt, ſed commoda. Cũ
Pſal.17
defecerint ligna, extinguetur ignis. Et cum
Eccle.13
ſancto ſanctus eris. Qui tetigerit picem, in-

nabitur ab ea. Et, qui amat periculum, in Eccle. 3
illo peribit. Fugiendæ igitur ſunt malorum Oſe. 2
occaſiones. Ducam (ait deus) eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius. Non ergo præſumptio eſt ad illa manũ extendere obſeruanda, ſed in deum confidentia. Perſuaſum habentes hocipſum quod is qui cœpit Phil. 1
in illis opus bonum, perficiet uſq; ad diem Ieſu Chriſti.

Ad quintũdecimum, Argumentũ eſt ab inſufficiẽti diuiſione, quod ea ſola probet deus, quæ aut ſunt præcepta, aut cõſulta expreſſe in ſcriptura ſacra. Nam inſtantiam patitur in his quæ diuinitus ſunt inſpirata, ut uidebitur infra. Quod ſi uota de his ſunt quæ ſunt permiſſa, cur deus uotorum exigit ſo- Pſal. 75
lutionem. Vouete & reddite dño deo uota Eccle. 5
ueſtra, Et ſi quid uoueris deo, ne moreris reddere, Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed quodcũq; uoueris, redde. Multoq; melius eſt nõ uouere, quã poſt uotũ promiſſa non reddere. Et in Deu. Cũ uo- Deut. 23
tum uoueris domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, Si nolueris polliceri, abſq; peccato eris, Quod autem ſemel egreſſum

eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſic
promiſiſti domino deo tuo, & propria uo-
luntate ex ore tuo locutus es. Quid clarius
dici poteſt de uoto implendo? nec mirum,
nam ſi bonum quippiã promittatur, non-
ne ſeruandum eſt? Si ergo uotum de his eſt
quę ſunt permiſſa, Cum talia per ſe non ſint
bona, ut Chriſtus de libello teſtat̃ repudij.
Quomodo deus exigit, aut cur in Euange-
Matt. 19. lio (ut libellũ repudij) nõ retractauit. Quod
additur, nullum habet in ſcriptura exemp-
lum, nihil cõcludit. Sufficit enim ꝙ in ſcrip-
tura habeat fundamentum. Et quid ſi dicat̃,
ꝙ uirgo beatiſſima cœlibatum uouerit. Et
hoc ex Euangelio probet̃, Quomodo fiet
iſtud quoniam uirum non cognoſco? Si nõ
Luc. 1. habuit propoſitum uirginitatem ſeruandi
perpetuum, qualis erit inquiſitio, Cum ui-
rum legittimo matrimonio ſibi coniunctũ
habuerit Ioſeph ſanctũ. Quid autem inter-
eſt inter caſtitatis uotum & firmum perpe-
tuo cõtinendi propoſitum. Nunquid deus
uerborum eget expreſſione, ut ſciat nos uo
uiſſe? Quid de illo feliciſſimo anachoreta Io
hanne baptiſta? Nonne religioſis exemplũ
præbuit, & paupertatis & auſteritatis, & ca
ſtitatis, non minus obedientiæ, omni hora
diuinum præſtolans beneplacitũ de annun

ciando Chriſto? Nõne & dominus Ieſus nazarenus uocatus eſt, Euangeliſta teſte, ex utero matris domino conſecratus uſq; ad diem ſuæ mortis, ut in figura Samſon, Votũ itaq; de bono aliquo(nam de malo eſt ſtulta promiſſio) implendo ex iure obligat diuino, quod ſicut homo non poteſt relaxare, ſic nec in uoto legitimo diſpenſare. Mat. 2 Iudic. 13

Ad ſextumdecimũ, Reſponſio claret ex his quæ ad ſecundũ probamen reſpondendo ſunt dicta.

Ad decimũſeptimum, Humanæ imperfectionis eſt, oculũ ad remunerationem intendere, Nã perfecta charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. Seipſam totaliter impendens ad gloriam dei promouendam. Nullũ de remuneratione faciens tractatum. Et ſic ſi fit contrariũ, perſonale eſt uitium. Nihilominus omnia quæ homo propter deum agit & patitur, Deus ſine remuneratione non præterit, cum de ipſo ſcriptum ſit, Tu laborem & dolorem conſideras. Nõ tam ad uindicandũ quã ad remunerandũ. 1. Cor. 13 Pſal. 9

Sequitur ex his illationem ultimam in omnibus ſuis clauſulis eſſe falſam a ueritate & charitate aberrantem.

En candide lector, quanta in caſtris militũm eſt oborta tumultuatio ex uirorum il-

lorum congreſſu armorūq́ ſtrepitu. Cur aſtamus ſpectatores otioſi. Num nos delectabit fratrum in confratrū ſanguine debachatio. Aduehamus & nos ſuppetias noſtras & aut conciliationem, aut diuortium procurare ſtudeamus.

Cum uotū de aliquo bono opere ſit, primum omnium de bonis operibus, & eorū neceſſitate eſt diſquirendū, De quo talis aſſertio pro fundamento.

Regenerato in Chriſto, in opus bonum prodire potenti, neceſſaria ſunt opera bona tū ad pręſentis uitę perfectionē, tum ad ęternæ beatitudinis adeptionem. Huius ueritas ſubiunctis indagabiť motiuis. Adiectū tamen memineris, in opus bonū prodire potenti. Ob eos qui ratiōis uſu ſiue ad ſemper, ſiue pro tempore ſunt deſtituti.

INDAGO PRIMA

Ex ratione ſumiť potentiarū animæ, quæ nō impedite, in opera prodeunt naturali cōditione. Se enim habent ueluti lumina quædam naturaliter ex ſe radios producentia. Producit ergo anima ut lux quædam a diui
1.Ioan.1 na luce exemplata (deus enim lux eſt) opera, aut bona, aut mala. Nec unquā eſſe poterit otioſa. Secundum illud ſaluatoris noſtri,
Mat.12 Aut facite arborem bonam & fructus eius

bonos, aut arborem malam & fructus eius malos. Vnde niſi uelit peccare &ſe arborem malam excidendam, & in ignem mittendã exhibere, bonos faciat fructus neceſſe eſt.

INDAGO SECVNDA

Perſuadet ſecundo, ex tribus quæ enume rat apoſtolus, nunc aũt manent (inquit) fides, ſpes, charitas tria hæc. Tria ait in genere neutro. Nam nuncupari poſſunt, tum fru ctus ſpiritus, de quibus idem ad Gala. Tum uirtutes, tum donã, Hæc tria per ſpiritũ ſan ctum in corde ſeminata, uirtualiter in ſe rationes ſeminales omnium bonorũ continent operum. Sicut in conſtitutione naturæ deus terrenaſcentibus indidit, ut unũ quod que in ſe habeat ſementẽ generis ſui ad producendum ſimile, ſolari influxu naturæ uirtutem excitante, & ad effectum producendum coagente. Si fides in ſe habet opera, ſine quibus mortua eſt in ſemetipſa: Spes erigit ad ardua & appetenda & operanda. Charitas nunquã eſt otioſa, ſi nõ operatur, charitas non eſt, ignis equidem ſumme eſt actiuus, ab actione cohibitus extinguitur. Non ergo eſſe poteſt, ut quis hæc dona poſ ſideat, & a bono opere otioſus torpeat, & hoc ex eorum natura.

1.Cor. 13
Gal. 5
Gen. 1
Iaco. 2

INDAGO TERTIA.

Hæc nihilominus tria, ad deũ largitorem relata, ex ipſius intentione inducunt ad opera. Nam ad hoc utiq; donat, ut non modo decori ſint animæ, in qua ſubiectiue collocantur (animam a ſpiritu non diſiungendo) uerũ quoq; comodo ut in opera exeant & fructus uberes adferant. Ignem, inquit, Veni mittere in terram & quid uolo niſi ut accẽdatur? Vnde ſeruum qui talentũ ſibi creditũ abſcondit in terra. Hoc eſt, donum ſibi a deo ad lucrum expendendũ donatũ. Et ſi integrum ſeruatũ, quia tum in opus non produxit, nequã & inutilem iudicauit, & ad tenebras exteriores ſententiauit, ubi erit fletus & ſtridor dentiũ. Vides, quia non ſufficit mala non agere, niſi etiam qu ſq; ſtudeat bonis operibus inſudare. Soli ergo ſerui de domini ſui talentis negotiantes & lucrũ reportantes, in gaudiũ eius intrare iubent.

Luc. 12

Mat. 25

INDAGO QVARTA

Perſuadeat, omniũ electorum caput Chriſtum conſiderando, qui in omnia & ſingula membra ſua indeſinenter ſenſum influit & motum per fidem & charitatem, quia uidimus eum (ait Iohannes) quaſi unigenitum a patre, plenum ueritate & gratia, ut ueritas fidei reſpondeat, gratia charitati.

Ioan. 1

INDAGO QVINTA

Inducit ad hoc ſpiritusſanctus, qui eſt proprius myſtici corporis Chriſti ſpiritus, ipſũ cum omnibus & in omnibus membris uiuificans, uegetans & in uita ſpirituali conſummans. Et quia operatorius eſt & otioſus eſſe poteſt minime. Nam omniũ mobiliũ mobilior eſt ſapientia attingens a fine uſq; ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter, indefeſſe ſingula Chriſti membra ad opera ſibi cõpetentia excitat, & mouet, tanq; potenti uirtute per ea ſuam explet uoluntatem ut tanquã ipſius inſtrumenta (uoluntaria tamen) magis agantur, quã agãt. Non operatur aũt omnia in omnibus, ſed ſecundũ menſuram donationis Chriſti. De cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiã pro gratia. Deus ſiquidem pater, qui olim de ſpiritu Moſi ſumpſit, ueteris legis miniſtri, & poſuit in ſeptuaginta conſcriptis ſenioribus, Modo de plenitudine ſpiritus, miniſtri noui teſtamenti ſumit, & in omnia eius mẽbra ponit, qui numero ſeptuagenario figurantur, quia ſeptiformi ſpiritusſancti gratia & decalogi obſeruantia fouent̃. Etſi uaria ſunt huius ſpiritus dona, diuerſis diuerſimode cõmunicata. Tria tamen omnibus ſunt neceſſaria, per quæ in omnia influit membra. Vn

Sap. 7

Ioan. 1

Num. 11

de ſicut in corpore naturali, triplex ponitur ſpiritus, Animalis a capite, Naturalis ab epate, Vitalis a corde progrediens, & ſe in omnia membra diffundens. Primū quidem, ut ſenſum præſtet. Secūdus ut membra ipſa nutriat & impinguet. Tertius, ut uitam cōtinuet. Sic in corpore Chriſti myſtico operoſiſſimus ſpiritus omnia hæc implet officia in quolibet membrorū. Per fidem equidem ſenſum præbet, uerū diuinæ ſcripturæ intellectum reuelando. Per ſpem ad æterna eleuat eorum deſiderio, etiam oſſa ipſa impinguando, per charitatem uitam deiformem & diuinam donat, ſpiritū humanum in diuinum transformãdo, qui enim adhæret deo unus ſpiritus eſt, quod potiſſimum charita-
1. Ioan. 4 tis eſt. Quia deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo, uis nempe hæc ignis eſt, ut omnia in ſe conuertat, ſibiq; conſimilet, his uitalibus actibus, uera & ſpiritualis probatur uita.

INDAGO VI

Sexta perſuaſio ex lege diuina ſumit obligante. Apoſtolus quidem ait, per legem cognitio peccati, & lex propter tranſgreſſionem poſita eſt, non tamen ſolus hic uſus legis eſt, ut peccatum agnoſcatur, & agnitū intenſius affectetur, ſicut alibi ait. Virtus

Rom. 3

Gal. 3

uero peccati lex, ac per hoc corruptione na- turæ, & legis ſeruandæ impoſſibilitate agni tis ad diuinam gratiam recurratur, mediatorq́ꝫ ſalutis quærat. Nõ inquam ſolus hic uſus, etſi bonus & neceſſarius legis eſt. Neq́ꝫ enim excluſiuam adiecit Paulus, ut diceret, per legem ſolũ cognitio peccati, & lex propter ſolam tranſgreſſionem poſita eſt, quin imo ſanctiſſimum dei beneplacitum, per legem nobis innoteſcit, & quales a primordio naturæ inſtitutæ fuimus, quales in futuro beatitudinis ſtatu (in quo ſumme lex implebitur) erimus, qualeſq́ꝫ in ſtatu intermedio, ut cũ utroq́ꝫ extremorũ cõſonemus eſſe debeamus, clarius lex ipſa commonſtrat. Fructus itaq́ꝫ lex diuina ex homine ueluti arbore quadam per deũ plantata exquirit. Quos & gratia opitulante ferre poteſt, ſpiritus ſiquidem humanus, per fidem in hortũ ſponſi concluſum conſertus, fonte ſignato diuinę gratię rigatus, ardoreq́ꝫ charitatis cõ fotus, & decoctus fructus profert exuberantes, quibus libenter ueſcit pater cœleſtis, q̃s & dominus Ieſus in ficulnea quæſiuit, quibus quia caruit maledictio obnoxiam fecit. Hoc pacto lex concordat cum euangelio, teſtamentum uetus cum nouo, Moſes cũ domino Ieſu, uiſus in claritate in domini tranſ-

1. Cor. 15 · Mat. 21 · Mat. 17

Luc. 9 figuratione, nimirũ rota eſt in medio rotæ,
Ezech. 1 ita ut interſecent ſe ad angulos rectos ſphærales, lex & promiſſa dei per fidem agnita, per fidem enim non irritam facimus legem,
Rom. 3 ſed ſtabilimus.

INDAGO VII

Septimũ aſſertionis motiuũ eſt, ſtatus præſentis perfectio a uiatore adipiſci poſſibilis. ad quã quiſq; in Chriſto regeneratus, aſpirare tenetur. Hæc non modo in dei cognitione, quæ per fidem habeť conſiſtit, uerũ quoq; in fidentiſſima ſpe, ardentiſſima charitatis copula, laudatione & gratiarũactione indefeſſa, ac omniũ chariſmatum ſurſum actionem uerſatur, ut piiſſime ſentiat de deo, ſin
Iaco. 1 ceriſſimo affectu feratur in proximũ, necnõ immaculatũ ſeipſum cuſtodiat ab hoc ſeculo, quæ omnia actus exquirunt & opera.

INDAGO VIII

Octauũ inductiuum actus ſunt humani qui ſunt ultimæ perfectiones intrinſecæ ab ipſo homine progredientes, ſicut fructus ultimæ perfectiones arboris ſunt, quæ licet in actu primo hominem non perficiunt, quin hanc perfectionem præſupponunt, perficiunt tamen in actu ſecundo, unde opera bona non faciunt hominem bonũ in actu primo. Hæc enim bonitas per gratiam a deo

donatur, quæ per fidem iuſtificat, ſpe & cha
ritate indiuiduis iuſtificationis comitibus,
perficiunt tamen in actu ſecundo, & quod
perfectū eſt oſtendunt, ob quod nō flocci-
pendenda eſt hæc perfectio ſecunda, cum &
beatitudo finalis in actu conſiſtat ſecundo,
ad hanc ſanctificationē in actu ſecundo uel
opere aſſequendā Paulus Epheſios inducit Ephe. 4
Hortor inquit uos, ut ambuletis ita ut di-
gnum eſt uocatione, qua uocati eſtis, cum
omni ſubmiſſione ac manſuetudine, cū ani-
mi lenitate, tolerantes uos inuicem per cha-
ritatem, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus
per uinculum pacis. Et beatus Petrus ait, o- 2. Pet. 1
mni adhibito ſtudio ſubminiſtrate in fide
ueſtra uirtutem, In uirtute uero ſcientiam, in
ſcientia uero temperantiam, in temperantia
uero patientiam. Rurſus in patientia pieta-
tem, in pietate aūt fraternam charitatem, in
fraterna uero charitate dilectionem. Hæc e-
nim cum uobis adſint & exuberent, haud
otioſos, nec in irritū laborantes efficiunt ad
domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionem, nā
cui non adſunt hæc is cæcus eſt, & manu ui
am tentans, oblitus ſeſe a ueteribus peccatis
ſuis fuiſſe purgatū, qua propter fratres po-
tius operam date ut uocationem & electio-
nem ueſtram firmam efficiatis. Hæc enim ſi

feceritis non labemini unquã. En quanta inſtantia S. Apoſtoli nos inducunt ad opera, & Saluator, Ego elegi inquit uos & poſui
Ioan. 15 uos ut eatis & fructum adferatis & fructus ueſter maneat.

INDAGO IX

Nonũ eſt, naturę deſtitute reformatio, fit quidem principalis reformatio per gratiã dei, nihilominus tamen deus noſtram expectit cooperationem, ut cum propheta dica-
Pſal. 53 mus, uoluntarie ſacrificabo tibi, non enim grata ſunt coacta aut neceſſitata obſequia. Alioqui oẽs diuinæ ſcripturæ monitiones prohibitiones, cõminationes, promiſſiões,
Pſal. 36 a malo retrahentes, & ad bonũ inducentes, ſuperflue uiderent, & reſcindendæ. Abnui non poteſt, quin greſſus hominis a domino dirigant, uti crebrius orando cõmonſtrat, ꝓ
Ieremi. 30 pheta Hieremias. Scio domine, quia nõ eſt hominis uia eius, nec uiri eſt ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos, per hæc noſtra notatur inſufficientia, nam ſufficientia noſtra ex deo eſt, ſed non negatur omnis efficientia, quaſi pure paſſiue ſe ad bonũ habeat. De hoc ſu-
Pro. 29 pra conatu quinto. Diligenter (inquit Sapiens) exerce agrũ tuum, nam per agrum hominis pigri tranſiui, & per uineam uiri ſtulti, Et ecce totum repleuerant urticæ, & operue

rant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceries lapi
dum deſtructa erat, quod cũ uidiſſem poſui
in corde meo, & exemplo didici diſciplinã.
piger & ſtultus nuncupat qui agrum cordis
ſui non excolit & ſpinas ac tribulos in terra
ſua maledicta natura uidelicet deſtituta & ui
tiata non euellit, ſic S. Paulus, plæriſq; in lo- Ephe. 4
cis, ad ueteris hominis inducit crucifixionẽ Coloſ. 3
ueritas eſt in Ieſu, deponere iuxta priorẽ con
uerſationem ueterem hominem, qui corrũ-
pitur iuxta concupiſcentias erroris, renoua
ri uero ſpiritu mentis ueſtræ, & induere no-
uum hominem, qui iuxta deũ conditus eſt 1. Cor. 5
per iuſtitiam & ſanctitatem ueritatis, Et ad
Corinth. Expurgate uetus fermentũ. ad Ga
lathas quoq;, Qui Chriſti ſunt carnem ſuã Gal. 5
crucifixerunt cum affectibus & concupiſcen
tijs, ad Coloſ. Mortificate membra ueſtra
quæ ſunt ſuper terram. Ecce quanta inſtan-
tia ſanctus Apoſtolus, ad bona inducit ope
ra, etiam externa, Omnia enim hęc opera ue
teris Adæ mortificatiua, & ad renouationẽ
ſpiritus mẽtis ueſtrę prępparatiua bona ſunt
& regenerato in Chriſto neceſſaria.

INDAGO X.

Decimo, incitat proximi ædificatio, uni-
cuiq; (ſapiens loquit) mãdauit deus de pxi Eccle, 17

mo ſuo, ne dum, ut ipſum non corrumpamus, tum falſa doctrina, tum conuerſatione ſcandaloſa, nam uæ mundo ab offendiculis
Mat. 18 neceſſe eſt enim ut ueniant offendicula; ueruntamen uæ homini, per quem offendiculū uenit. Verū quoq; ut ipſum ædificemus inſtruendo, exhortando, corripiendo, ad ueram uiam reducendo ab errore. Talis enim ſaluam faciet animā a morte, & operiet mul
Iaco. 5 titudinem peccatorū. inter hęc omnia remedia, efficatior eſt bona uita, & cōuerſatio ſancta, exintimis foras egrediens, & ſanctitatis ſpeculum contuentiū oculis obijciens, q̊d
Mat. 5 ſaluator præcepit dicens. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, glorificentq; patrem ueſtrum qui eſt in cœlis. Opera deniq; miſericordiæ, proximis ſunt impendenda, cū hæc multo pręconio in ſacra extollantur ſcriptura, ad quæ & multipharie inducit, quæ omnia bona expetunt opera, etiam externa.

INDAGO XI

Vndecimū, impulſiuum eſt, unio ad deū a quouis fideli ſumme deſideranda, etiam in uia. Hęc perfectiſſime fit per charitatis opus præſuppoſito fidei opere, tanquā directiuo, ſine quo charitas operari nequit, quod aūt charitatis opus alijs operibus ſit perfectius

perſuadetur, Primo ex dono a quo progreditur, charitate uidelicet, quã Apoſtolus ſupra fidem extollit & ſpem, ad Corinth. di- 1.Cor.13
cens. Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed maxima in his charitas, q̃d & præcedenti ſerie probat. Adhuc excellentem uiam oſtendo. Si linguis hominum lo- Col.3
quar & angelorũ, & cætera quæ ſequuntur. alibi ait, Super omnia charitatem habete, quæ eſt uinculũ perfectionis, Secundo, Rationem præcepti quod opus charitatis imperat, quod eſt maximũ. Diliges dominum deum tuũ, ex toto corde &c. Ipſo ſaluatore dicente, hoc eſt primũ omnium, Tertio, Ra- Mat.12
tione finis, Charitas equidem perfectius & intimius aliis donis deo cõiungit, quia profunda dei ingreditur, ubi omnis cognitio foris ſtat, ſicuti Moſes in caliginem ad dominum eſt uocatus, Ieſue foris manente. Quar Exo.24.
to, ex opere ipſo. Etenim opus fidei & ſpei adſcribuntur charitati, & non econtra, Paulo dicẽte, Charitas omnia credit, omnia ſperat. Quinto, Ratione efficientis, nam deus charitas dicitur. Non ſic fides & ſpes, quæ aliud imperfectionis innexũ habent. Sexto, Ratione durationis, quia nunquam excidit, Ioan.9
non obſtat quod Saluator ait. Hoc eſt opus dei ut credatis, neq; enim dixit, hoc eſt opus

ſummũ uel excellentiſſimũ, nec ualet dicere, ꝙ opus fidei includat opus charitatis, & charitatis opus ſequela ſit fidei, & fructus eius, nam a diſtinctis procedunt donis, & in diſtinctis ſunt potentijs, nam ſignanter apoſtolus ait, tria hæc, quorũ cuilibet ſuum aſciſcitur opus, utpote fidei dirigere, quia lumen eſt & ſenſum præſtat, ſpei confidere uigorem enim præbet charitati perfectæ unitæ, quia ardorem ſubminiſtrat igneum, actiuum & penetratiuũ maxime, ſicut in ſolari radio tria ſunt, ſplendor, uigor & ardor. Primordia fidei adſcribunt, cõſummatio charitati, unde quidquid perfectionis tribuit fidei, excellentius conuenit charitati. Non inuidiã inter chariſſimas ſorores fidem & charitatem ſuſcitamus. Sed chariſmatũ prærogatiuã ſecundum apoſtoli doctrinã oſtendimus, perſuaſum habemus in operando ſalutẽ, fidem a charitate, & ecõtra diuortiari poſ

1.Cor.13 ſe minime, Necq; enim fides ſine charitate ſaluat, nec charitas ſine fide operatur, unde & Paulus eã fidem cõmendat, quę per dilectio

Gal. 5 nem operat. & Sal. Hoc eſt opus dei ut credatis in eũ quem pater miſit, In eũ inquit, nõ ait, credatis ei, ſicut de Abrahã dicit. credi

Gen. 15 dit Abrahã deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã ut adiectio, in, unionẽ notet credentis cum

deo perfectã, ut ſic credendo æternæ uerita ti, per ſpei fiduciã, & charitatis incendiũ in eũ transformet cui credit. Hęc eſt uera & ui ua fides duob9 his ſtipata comitibus, ꝑ quã Chriſtus habitat in cordibus noſtris, quę i- pſi Chriſto incorporat, & uiuũ redemptõis membrũ innectit, per hanc ſpũs Chriſti in mẽbra influit ſenſũ & motũ ĩdefeſſe, ut Chri ſti ſenſum habeamus, & in continuo motu meritoriæ operatõis ſimus. De hoc etiam ſu pra Conatu ſexto, Indagine ſecũda. propter hanc horũ trium dei donorũ indiuiduã co- mitiuam plærũq; diuina ſcriptura ſalutẽ & iuſtitiã adſcribit fidei, crebro ſpei, in plęriſq; locis charitati, nuſquã nõ operibus, qa ſpiri tus Chriſti in eius corpe & mẽbris ſingulis nunq; otioſus eſt, nunq; nõ hæc tria comi- tant opera, ut ſic optima ſalutis & perfectio nis quadratura ſit fidei, ſpei, charitatis, & o- perũ & quadriga ſaluberrima curruſq; igne us, in quo cũ Zelote Helia ſurſum feramur ad cœleſtia, ac rapiamur fœliciter in diuina. De hoc etiam ſupra conatu ſecundo, Indagi ne. iiȷ. iiiȷ. v. & vi. Non itaq; ſic intelligenda eſt charitatis prærogatiua, ut quicquam o- peretur ſine fide, cum opus charitatis neceſ ſario opus fidei præſupponat, & ſe mutuo comitẽt, ſed charitatis architectorica princi

Rom. 4

1. Cor. 2

4. Reg. 2

1.Cor.13 palitas inſinuatur. adſtipulatͤ Paulus. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. quæ ſequũtur, nulla perfectionis opera non ei adſcribens, quo tamen non ſugillatur fides, ſed cõmendatur; nã magna charitas ſine magna fide non eſt.

INDAGO XII

Duodecima perſuaſio ex iuditio ſumitur extremo, in quo de operibus fiet diſceptatio. Venite benedicti, iudex dicet, patris mei poſſidete regnum paratũ uobis ab exordio mundi. qua de cauſſa? eſuriui enim & dediſtis mihi edere, & cætera. Porro ad reprobos, Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabulo & angelis eius. quo demerito? eſuriui enim & non dediſtis mihi cibũ, & reliqua quæ ſequuntur. Quid clarius in cõmendationem operũ dici poteſt? alio in loco Saluator ait. Filius hominis ueniet in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc red det unicuiq; iuxta facta ipſius. & Paulus. Omnes nos manifeſtari oportet coram tribunali Chriſti, ut reportet unuſquiſq; ea quę fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, ſiue bonum ſiue malũ, Idem ad Hebræos. Qui accedit ad deum, hunc credere oportet eſſe deũ, & eſſe remuneratorem quærentibus ſe, remuneratio autem præſupponit meritũ. in

Margin notes: Mat. 25 (beside "tio. Venite benedicti"); Mat. 16 (beside "loco Saluator ait"); 1.Cor. 5 (beside "mnes nos manifeſtari"); Heb. 11 (beside "num ſiue malũ").

Apocalypſi quoq; legit. Beati mortui, qui in domino moriuntur, amodo etiam dicit ſpiritus, Ut requieſcant a laboribus ſuis, ſed opera illorum ſequuntur illos, Et infra. Libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erunt in libris ſecundum opera eorum. Apo. 14 Apo. 20

INDAGO XIIII

Tertiūdecimum probamen, ex finali beatitudine elicitur, quæ & ſi abſolute loquendo, gratis donatur, ſicut & præambula iuſtificatio, & gratia, quia nullis operibus eā ſimpliciter mereri poſſumus, dicente Apoſtolo nam reputo nō eſſe pares afflictiones huius temporis ad gloriā quæ reuelabit erga nos, facultatem enim omnis intellectualis naturæ ſuperat. Quia tamen deus immenſa ſua uictus; charitate ſe totum amicis ſuis fidelibus præſtat, nihil ſibi reſeruans, q; nō in noſtram cedat ditionem. Ipſo ad Abraham patrē noſtrū dicente, Ego ipſe ero merces tua magna nimis, Et per Zachariam cuius laus eſt in euangelio. Iuſiurandū quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturū ſeipſum nobis. per Apoſt. quoq;. Qui proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illū, quomodo non omnia nobis cum ipſo donauit, quomodo gloriolā hanc no- Rom. 8 Gen. 15 Luc. 1 Rom. 8

bis inuidebit,ut dicamur uitam æternã meritis noſtris,præeunte,comitante, & ſubſequente gratia ſua acquiſiuiſſe? totum nobis ab ipſo cõmunicatum in abiſſalem refundimus fontem, dum gratiam qua meremur non nobis,ſed ſibi aſciſcimus, opus namq; hominis non ſua naturali intrinſeca menſuratur bonitate, menſuram bonitatis habet extrariam, ſuper benedictam uidelicet uolũtatem diuinam,ut tantum ualeat, quantũ & pro quanto deo acceptare complacet, unde ſi pro opere momentaneo tanquã pro merito,deo placuerit æternam retribuere gloriã,
Iob.11 in ratione præmij, eam utiq; ualebit, nã qui dicet ei cur ita facis? reſpondebit utiq;, an
Mat.20 nõ licet mihi q̃d uolo facere, an oculus tuus nequã eſt?quia ego bonus ſum.Habet nihilominus opus ex fide,charitate factũ, quandam in ſe æternitatem?ut dignum ſit remuneratione æterna. Tum ratione principalis operantis qui eſt ſpiritusſanctus,tum ratione charitatis, quæ numquã excidit, tum ratione bonæ uoluntatis deo per charitatẽ æternaliter inhærere cupientis, ſicut econtra culpa reſpectu ęternæ pœnæ, Cũ deus pronior ſit ad miſerendũ & remunerandũ, quã ad puniendũ & condemnandũ.ſicut orat eccleſia,deus cui propriũ eſt miſereri & parce

re. Et per prophetam dicit. Nolo mortem morientis dicit dominus, Reuelauit aũt deũs in ſcriptura ſua ſancta, hãc ſuam erga nos benigniſſimam uoluntatem, ut ex ſupradictis liquet ſcripturis, quę de meritis ſunt inductę, Sic in figura Iſaac patriarcha, antequã filio ſuo benediceret, filiale expetijt obſequium, ut eſcas patri faceret, quibus libenter ueſcebat, Hæc eſca eſt, hic cibus Ieſu facere uoluntatem patris. Sileat hic futilis de prædeſtinatione diſceptatio, Certa & diffinita eſt ſaluatoris ſententia. Si uis ad uitam (ſcilicet æternam, de qua uentilabat quæſtio) ingredi, ſerua mandata, hæc fac & uiues. Ezech. 8 Gen. 27 1. Io. 4 Luc. 10

INDAGO XIIII

Oẽs prefatæ rationes & motiua, nõ de opere ſolo hoĩs interni militant, ſed & extrario, nõ de actu ſolũ elicito (ut phĩ uocitant) uerũ etiam imperato, opus ſiquidẽ intrinſecũ hoĩ qui intus ẽ, ſi perfectũ fuerit, in opus erumpit extrinſecum, nam ſi affectui charitate inflammato complacet, in bono practico ipſumq; elegit, conſequens eſt, ut & effectui mancipet, Alioqui nõ erit plenus, in bonũ producendum in lucẽ, cõnſenſus, ſecundum illud Sapientis, uult & non uult piger, uult quidem bonum uoluntate ſimplicis cõplacentiæ, ſed non uult uoluntate effi Pro. 13

eaci, proſiliente in opus habita oportunita-
te & legittimo ſubmoto impedimento. hãc
autem interioris hominis, cum eo qui foris
eſt colligantiam natura indicat. Nam ſicut
ſpiritus corpori uitam tribuit & influit, ſic
& operationes ſuas quaſi radios quoſdam
a luce progredientes in corpus diffundit, &
opere extrario per corpus effectui manci-
pat, niſi actus externi impedimẽto internis
ſint, quod præcipue fit incontemplatione,
Huic transfuſioni internorũ ad externa, re-
ſpectu dei, adſtipulatur propheta. Cor meũ
Pſal. 83 inquiens, & caro mea exultauerunt in deum
Pſal. 46 uiuum, Alibi, Omnes gentes plaudite mani
Pſal. 149. bus, iubilate deo in uoce exultationis. Alio
in loco, Exultationes dei in gutture eorum,
in qua omnis exterior cultus diuinus fun-
Pſal. 44 datur, dicente propheta, Memoriam habũ-
dantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia
tua exultabunt. Eſt equidem cultus hic ex-
terior, interioris, qui fide, ſpe, & charitate ce
lebratur, effectus, ut non modo cœlum, ſed
& terra plena ſit gloria domini, Reſpectu p-
ximi transfuſio in operibus claret miſeri-
1. Ioan. 3 cordiæ, Teſtatur Ioannes in Epiſt. Qui uide
rit fratrem ſuum egentem, & clauſerit uiſce-
ra ſua ab eo, quomodo charitas dei manet
in eo, reſpectu ſui ueteris hominis cõmon-

ſtrat per uarias mortificationes crucifixio. Hæc omnia feliciſſime exequitur omnium uirtutũ regina, & omniũ bonorum parens, charitas officioſiſſima, quæ totã naturam cum omnibus uiribus in dei laudem reſol- uit, omnia credens, omnia ſperans, proxi- morũ quoq; neceſſitatibus ſe ſubijcit, Non quærens quæ ſua ſunt, Ipſamq; naturam ui- ciatam in ſeipſa reformat, omnia eliminans uitia, quia non æmulatur, non agit perperã, non inflatur, non eſt ambitioſa, Quin cun- cta uirtutum plantaria confouet, patiens e- nim eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia ſu ſtinet. Tria itaq; ex utroq; homine expetun- tur per legem dei exercitia, ut pie, opere in- teriori & exteriori deũ colat, iuſte cum pro- ximo agat ſicut ſibi fieri exoptat, ſobrie quoq; ſeipſum regat, iuxta triplicem charitatis a- ctum, in eius præcepto comprehenſum. Et quanquã hæc principaliter in actu gerantur interiori, Deus enim intuetur cor, & ſecun- dum affectũ interiorem, aut præmia decer- nit, aut ſuplicia, quia reſpexit ad Abel, & ad munera eius ſecundario, Extrariũ nihilomi nus opus ſuam habebit remunerationem, ab eo qui laborem & dolorem conſiderat, nec mercedem preſtolabitur, qui bonũ mẽ- tis propoſitum, aut conceptũ in opus non

1.Cor.13

1.Reg.16

Gen.4

Pſal.9

produxerit, dum circumſtantiũ conditio-
num ſuaſerit oportunitas, Erit ergo merces
operi tuo, nedum interiori, ſed & extrario
quodcũq; fuerit ex charitate prodiens, ſiue
deo gloriam impendat, ſiue proximorũ co
moditati ſubſeruiat, ſiue ſeipſum in utroq;
homine reformet & inſtituat.

INDAGO XV

Bonitas operis ex ipſa ſanctiſſima & opti
ma dependet uoluntate diuina inobliquabi
li, quæ prima & originalis regula eſt omniũ
agibiliũ, omniumq; motuum cordis ponde
ratrix, ut quodlibet opus, & intrinſecum &
extrinſecum tantum ualeat quantũ huic &
pro quanto acceptare placet, & ſic omnis o-
perum bonitas, ex cauſſa eſt extrinſeca. Ha-
bet hæc uoluntas ſuperbenedicta pondus
in ſtatera ſuæ iuſtitiæ ſecundum quã cuncta
librat, & debitam rependit mercedem, Hoc
eſt charitas, ut quantũ opera quæq; habent
de charitate, tantum ualeant & non plus,
Vnde ſicut amor naturalis fons eſt, unde o-
mnes affectiones, ut riuuli manant, ſic cha-
ritas omniũ gratuitorum operum ſcaturi-
go, ut Paulus ad hoc ipſum ſæpius citatus
notat, Charitas, inquiens, paciens eſt, beni-
gna eſt & cætera. In qua deſcriptione famo-
ſa, etiam fidei, & ſpei ſibi adſcribit opera.

Hoc pondus Saluator innotuit, dum ait, Hoc eſt primum & ſummum mandatum. Diliges dominum deum tuum, ex toto corde, tota anima, tota mente, & omnibus uiribus. Nullam in omni natura uim relinquēs otioſam, quæ non in deum transferri debeat, in quo uoluntatem ſuam ſanctā aperuit, Et quid potiſſimum apprecietur reſeruauit. Hoc equidem holocauſtum eſt in odorem ſuauiſſimum, deo imolatum, quod ex integro charitatis igne eſt concrematum.

Confectarium.

Igitͤ bona opera ſunt quæ a ſuperbenedicta uoluntate diuina acceptanͤ, nullo habito de intrinſeca bonitate diſcrimine, unde poteſt unum opus apud deū eſſe gratiſſimū opulentiſſima compenſandum remuneratione, cuiuſmodi angelorū, electorū opus, nonnullorūq; martyrū qui ſubito conuerſi ad martyrū rapiebantur, ut in ſancto Bonifacio martyre Romano, & plæriſq; aliȷs opinari licet.

INDAGO XVI

Voluntas diuina ſuperbenedicta, quadruplici nobis innoteſcit uia, uidelicet præceptis, cōſilȷs, promiſſis, & inſpiratōibus, Pręcepta oīa totius legis diuinæ Saluator bre-

uiſſima ſententia, in duo cõplicuit uerba. Diliges dominũ deum tuũ, & proximum ſicut teipſum. Subnectens, in his duobus omnis lex pendet, & prophetæ, unde omnem Chriſtianæ religionis complectunt̃ eſſentialem perfectionem. His adiecit conſilia, non quia ampliorem adferant perfectionem eſſentialem, ſed quia ad charitatis exercitium plurimum accomoda, ſicq; ardua, ut non omnibus iniungi ualeant obligatorie obſeruanda, Hoc modo apoſtolus de uirginibus, &
1Cor.7 cœlibatu loquitur. Arbitror hoc bonũ eſſe, nam bonũ eſt homini ſic eſſe, nam qui cœlebs eſt, curat ea quæ ſunt domini, quomo-
Mat.19 do placiturus ſit domino, Et ſaluator, Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cœlorũ, qui poteſt capere capiat. Porro promiſſa in prophetis clarent & euangelio, Hec ad tria terminant̃, Peccatorũ ſcilicet remiſſionem, gratię & chariſmatũ collatio-
Act.15 nem, gloriæ finalem adeptionem, Horũ primũ adſciſcitur fidei, quæ impiũ iuſtificat, & corda purificat, ac ad peccatorum agnitionem illuminat. Gratia, quia ab electis nõ in uacuũ recipitur, ad omne diuinæ uoluntatis beneplacitum implendum afficit & inclinat, hęc eſt charitas, aut eam in ſeparabili cõtubernio comitatur. Adeptio gloriæ, ſpei

165

tribuitur. Cæterũ inſpirationes diuinæ de particularibus agendis, quæ etiam utriuſq; inſtrumenti pagina nõ explicant, abnui poſſunt minime. Teſtimonio eſt ſaluator, qui ait, Cũ uenerit ille qui eſt ſpiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatẽ. Et ſexto, inquit, Vos unctionem habetis a ſancto, & noſtis omnia, & non neceſſe habetis, ut quiſquam doceat uos, ſed ſicut ipſa unctio docet uos de omnibus, & uerax eſt, neq; enim cuncta agenda, deo grata & placita expreſſe in ſacra traduntur ſcriptura. Exemplo eſt Dauid uir ſecundũ cor dei, qui cogitauit ędificare domum domino, Quod propoſitum apud deum fuit acceptũ, quia promiſit ſibi domus ſuæ ſtabilitionem, & filij ſucceſſionem & cætera, Et tamen opus ipſum, nec a deo præceptũ, nec conſultũ, immo per prophetã inhibitũ. Approbauit ergo deus Dauidis opus internũ, quia ab ipſo ſibi inſpiratum, Neq; enim ſufficientes ſumus cogitare aliquid deo placitũ a nobis tanquã ex nobis. Quod executioni noluit demandari, ut ſic meritũ acquireret bonæ uoluntatis, ſine executione operis. Sic nonnullos ſanctorũ ſpiritus ſanctus ad martyriũ inflammauit, cuius tamen executio prouidentia fuit diuina præpedita. Argumentũ itaq; efficax non

Ioan. 16

1. Ioan. 2

1. Reg. 7

1. Para. 17

2. Cor. 3

eſt,hoc non præcipiť,nec conſulitur,nec exē plũ in ſcriptura ſacra habet, ideo aut reprobandũ aut periculoſum.

INDAGO XVII

Verũ circa huiuſmodi inſpirationis neceſſaria eſt illuſtratio diuina, quæ donũ nuncupať diſcretionis ſpiritum, ne dæmoniũ deludat meridianũ, & angelus ſathanæ in angelum lucis ſe transfigurans, ac falſus propheta in ueſtimento ouis ueniens, unde probandi ſunt ſpiritus dono hoc, ſi ex deo ſint. Horũ una generalis proba eſt, ſcriptura ſacra ſobrie intellecta, ſi per eam firmari, aut perſuaderi, poteſt. Alia proba fructus ſunt iuxta Saluatoris documentũ, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, Si id quod ſuggeriť ſit pro gloria dei, Sit pro ędificatione, aut comodo proximi, Sit pro ſuı̃pſius diſcreta mortificatione, & naturę ſuę deſtitutæ reformatione, ut pie, iuſte, & ſobrie uiuat in hoc ſeculo. Vnde circa hæc oratio exigiť deuota, dicendo cũ Sapiente. Deus patrũ meorum, & domine da mihi ſedium tuarũ aſſiſtricem ſapientiam. Et mitte illam de cœlis ſanctis tuis, & a ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret, & ſciam quid acceptum ſit apud te. Et erunt accepta opera mea, Senſum enim tuũ, quis ſciet niſi tu dederis ſa-

Pſal. 90 | 1. Cor. 11 | Mat. 6 | 1. Ioan. 4 | Mat. 7 | Sap. 9

pientiam, & miſeris ſpiritum ſanctũ tuum de altiſſimis.

INDAGO XVIII

Sub hoc quarto bonorum operũ genere deo placentiũ, continent uota peregrinationis, & id genus alia opera, nec præcepta, nec conſulta expreſſe in diuina ſcriptura, Et generaliter omnia opera diuinitus ſuggeſta, q̃cũq; exornet titulo, Hoc enim ipſo, ꝙ diuinitus inſpirantur, & ſpiritus ſanctus in corde habitans, ea ſuggerit, & ad ipſa mouet, deo placent. Et quia deo placent, bona ſunt, & non econtra. Reliquũ eſt, ut probentur ſpiritus, ne præceps iudiciũ feratur, & iuſtus cũ impio damnet, quod ſanctus patriarcha de deo negat. Abſit inquit a te, ut rem hanc facias & perdas iuſtum cũ impio, fiatq; iuſtus ut impius, non eſt hoc tuũ, qui iudicas oẽm terram? Multo minus noſtrum eſſe debet, ut ſententiam præcipitemus, & innoxios aſſertionibus noſtris damnemus. Quod grande crimen contra pietatem, & charitatẽ militans, ut uitemus in propoſita uotorũ materia, complura ſolertius ſunt trutinanda. Gen. 18

INDAGO XIX

Votũ ad hoc ꝙ ſit bonũ, probatũ, & in executione deo gratũ, ſeptem habeat comites

neceſſe eſt. Primus, pro cauſſa impulſiua, habeat deum autorẽ, ad uouendum affectũ in clinantem. Nam omnis plantatio, quã non
Mat. 15 plantauit pater meus (ait ſaluator) eradicabitur, non approbat deus quod ex ipſo nõ
Mat. 25 manat, unde fatuis uirginibus dicet, Nõ noui uos. Secundus, pietas, pium aũt eſt quod eſt ad dei gloriam, eius cultũ exaugendum, & uoluntatis ſuæ ſanctiſſimæ impletionem
1. Cor. 10 ordinatum, De primo ait Apoſtolus, Siue editis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Porro cultus dei bifarius eſt, Internus, fide, ſpe, & charitate celebratur, Et hic principaliter ad quem omnia ſunt referenda. Externus compluribus celebratur ritibus. Cæterũ uoluntas ſua ſanctiſſima, prima omnium operum regula eſt, cui omnis uolũtas cõformari debet, ad hoc ut in opere ſuo ſit iuſta. Tertius, rectitudo, quo
Mat. 6 ad intentionẽ uouentis, Affectus enim tuus operi tuo nomen imponit. Nam ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuũ lucidum erit, ſi aũt nequam fuerit, totũ corpus tuũ tenebroſum erit. Quartus, diſcretio, ꝗ ad executionem, uotũ enim lex quædam eſt priuata, quæ non modo admittit, ſed & expetit diſcretam interpretationẽ, ne fiat ſtulta promiſſi obſeruatio. Ad hoc homo ſpiri

tualis, qui omnia dijudicat, eſt neceſſarius, 1.Cor.2
Nam animalis quia non ſapit quæ dei ſunt malus eſt, diuinorũ iudex & interpres. Quintus, Salubritas, quo ad materiam, Nam ea ſub uoto cadere debent, quæ charitatẽ promouent, Quæ cum ſit finis legis erit & uotorũ finis. Sextus, fidelitas, quo ad obligationem, Diſplicet enim deo infidelis promiſſio. Nimirũ, cũ omne promiſſum cadat in debitum. Septimus, poſſibilitas, quo ad uouentis uires, ad impoſſibile omnibus modis nemo obligatur, Verũ hoc poſſumus, quod per amicos poſſumus, amicus aũt noſter chariſſimus Chriſtus eſt, qui rogatus cõmodat nobis tres panes. Scientiam intellectui, bonitatem affectui, uirtutem, & diſciplinam operi, unde oremus, bonitatem, & diſciplinam & ſcientiam doce me, Notitia ſcilicet practica, hoc ergo fideles poſſunt q̃d per Chriſtũ poſſunt, Paulo dicente. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Nemo itaq; ſuis uiribus fidat, ſed in domino confidat, ut ſicut mons ſion fiat, qui in æternũ non cõmouebitur.

1.Tim.1 Eccle.5 Luc.11 Pſal.118 phili.4 Pſal.124

INDAGO XX

Cum eccleſia militans eadem cũ triumphante ſit, ſancto Iohanne dicente. Vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcen- Apo.21

dentem de cœlo, a deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo, erit & idem regnum cuius petimus cõſummationẽ orantes. Adueniat regnũ tuum, Habebit hoc regnũ eadem inſtituta, eadem opera principalia, & cõformes uiuendi modos in Hierarchia cœleſti, & ſub cœleſti, ſecundũ ꝙ ſuper cœleſtis hierarchia deus omnia inſtituit optime, ſapientiſſimeq; gubernat, Fidelis ergo quiſq; ſub cœleſtis hierarchię exiſtens membrũ, & ad cœleſtem transferri exoptans, cõformitatem pro modulo ſuo ad illius cœleſtis hierarchiæ incolas habere debet, ut Sapiens ait

Eccle.13 Oĩs caro ad ſimilẽ ſibi coniungetͬ, & omnis homo ſimili ſui ſociabitͬ Quatuor aũt in cœleſti cõtemplamur hierarchia, uidelicet Beatorũ ſtatum in ſe, Secundo loco, ſtatus illius uarios gradus, Tertio, eorũ opera & officia Quarto, ipſorum priuilegia, Quo ad primũ

Mat.20 Summa eſt uniformitas, ſinguli enim acceperunt & accipient denariũ diurnum in cõuentione conſtitutum, beatitudinem uidelicet eſſentialem, quia omnes beati, omnes

Rom.8 filij dei, cohæredes Chriſti, Reges, & ſacer-

Apo.5. dotes, & dei patris hæredes, Circa ſecundũ, Grandis erit differentia, quia alia gloria ſolis, & alia gloria lunæ, & alia gloria ſtellarũ;

1.Cor.15 ſiquidem ſtella differt a ſtella in gloria, ſic &

reſurrectio mortuorū, Teſtatur ſeruator no
ſter benedictus,dicens, In domo patris mei 1.Ioan. 4
manſiones multæ ſunt, Quid ſunt manſio-
nes multę ? niſi diuerſi gradus glorię. Quo
ad tertium exercitia habent feliciſſima. Pri- 1.Ioan.3
mum.Claret dei uiſio,uidebimus enim eum Ioan.17
ſicuti eſt. Et Saluator, Hæc eſt uita æterna,
ut cognoſcant te ſolum deum uerum & quē
miſiſti Ieſum Chriſtū,Hęc quo ad uim ratio
nabilem correſpondens fidei.Secundū quo
ad iraſcibilem reſpondens ſpei perpetua ten
tio,ibi enim perfecte implebit q̄d ſponſa di- Cant. 3
cit,Tenui eū nec dimittā.Tertiū ſatisfaciens
cōcupiſcibili ſumma fruitio ex ſumma ꝓce-
dēs caritate,ut quia perpetuo in caritate ma 1.Ioan. 4
ñent ꝑpetuo ſint in deo & deus in eis. Quar
tū,iugis laus ut ꝓpheta teſtat̄, Beati qui ha- Pſal.23
bitant in domo tua domine in ſecula ſeculo
rum laudabunt te.Quintum,ſempiterna be
neficiorum dei recognitio. Ex qua exoritur
perpetua gratiarumactio. Vnde prophe-
ta, Miſericordias domini in æternum canta Pſal. 88
tabo.Et in Apoc.Benedictio & claritas & ſa Apo. 7
pientia & gratiarumactio deo noſtro in ſe-
cula ſeculorū,Ame Sextū,Diuinæ uolun
tatis impletio in oīb ꝰs, prout notatur in o-
ratione dominica, Fiat uoluntas tua ſicut Mat. 6

in cœlo & in terra. Quo ad quartũ prægrã-
dibus fruunt̃ priuilegijs. Horũ unum eſt ſe-
curitas ab omni malo culpæ gehennæ & ho-
Eſa. 32 ſtilis nequitiæ. Teſtat̃ Eſaias, Erit opus iu-
ſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiũ, & ſecuri-
tas uſq; in ſempiternum. Et ſedebit populus
meus in pulchritudine pacis, & in taberna-
culis fiduciæ, & in requie opulenta. Secun-
dũ, ab omni dolore & gemitu immunitas.
Eſa. 35 Eodem teſte, Venient in ſion cũ laude, & læ-
Apo. 21 titia ſempiterna ſuper caput eorum. Gaudiũ
& lætitiam obtinebunt & fugiet dolor & ge-
mitus. Et in Apoca. Abſterſurus eſt deus o-
mnem lachrymam ab oculis eorũ. Et mors
ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq;
dolor erit ultra. Tertiũ, ſumma omniũ con-
cordia, Nempe ſumma omniũ uoluntas, q̃a
omnium una dei uoluntas, qui erit oĩa in o-
mnibus. Ad quẽ finem hæc omnia? Ad eũ
nempe ut intelligas, ſicut [illegible]ores ad hunc
aſpirare iugiter debent ſtat[illegible]. Sic & ipſum
pro uiribus [illegible]re ac imitari, uitãq; ſuam to-
tam huic conformare. Penſes quoq; legis di-
uinæ fructũ ad imaginem & ſimilitudinem
huius ſtatus ſecundũ Chriſti exemplar nos
reformare & conformare conantis. Ad hoc
& apoſtolorũ tendunt epiſtolæ & doctrinę,
ad hoc religiones ſunt inſtitutæ, tanquã uię

perueniendi ad hanc metam compendioſę. Et felices utiq; ſi ad hanc indefeſſe ſuſpirarent conformitatem, cum ex uocatione & a mundo ſequeſtratione magnam ad hanc habeant oportunitatem.

INDAGO XXI

In corpore Chriſti toto quod eſt eccleſia Col. 1 & ſingulis eius membris relucere debet pręfati exemplaris imago, ut cuiq; deus dicat, Exo. 25 Inſpice & fac ſecundũ exemplar, quod tibi in monte monſtratũ eſt. In hoc enim ſtat religio Chriſtiana quo ad agenda & imitanda ſecundũ q͏̃ accepit a capite Chriſto, qui hæc Act. 1 ab uitæ ſuæ exordio cœpit facere & docere. Nõ aliam conſtituimus ſecularibus, aliã religioſis perfectionẽ, unus omniũ ordo, una religio, una euangelica regula, una beata uita, & uniuerſaliter oĩa omnibus cõmunia, ut nulla in membris ſit diſſentionis occaſio. Dicimus tamen in monaſtica uita ad perfectionem Euangelicã capeſſendam maiorem eſſe oportunitate. Ad ciues cœleſtes noſtroſq; conciues ampliorem cõformitatem, ad diuina percipienda chariſmata expeditiorem capacitatem. Nõ ad perſonas ſtatuũ, ſed ad ſtatus perſonarũ non liuentem reflectendo oculum. Maior oportunitas habet, ex occaſionũ uitatione, & bonorum ſaltẽ externo-

rũ aſuefactione. Vulgatũ eſt prouerbium, Occaſio furem facit, ante terræ promiſſionis ingreſſum ducti ſunt filij Iſrael per legislatorem in deſertũ, Cõpluribus ibidem exculti dei beneficijs. Num deſertum in culpa erat, q̃ murmurabant, rebellabant, idola colebant, & cætera cõmittebant crimina? aut Moſes qui eos induxerat, aut certe deus qui iuſſerat. Bonorũ deniq; aſuefactio, & exterioris hominis reformatio, promotiuũ eſt ad

1. Reg. 14 interioris culturam non minimũ, Exemplo eſt Saul, qui inuaſus a ſpiritu malo, percuti-

4. Reg. 3 ente Dauid citharam, leuius ferebat. Et Heliſeus audito pſaltæ reuelationẽ ſpiritusſancti percepit. Amplior proinde ad conciues cœleſtes conformitas, quia uita ad contemplationem & ſapientiæ diuinæ acquiſitionẽ apta, liberior chariſmatum, ſignanter fidei, ſpei & caritatis cultura, laus & gratiarũactio

Pſal. 132 crebra, gaudiũ in ſpirituſancto, Concordia deniq; ut ſit bonũ & iocundum habitare fratres in unum. Diſcordiæ occaſione ſublata, meũ uidelicet & tuũ, cum ibi ſint oĩa cõmunia, diuinæ deniq; uoluntatis impletio ſtudioſa. Perfectũ præterea holocauſtũ ubi per obedientiam mactat̃ uoluntas propria, oĩm malorũ radix. Caro per caſtitatẽ, cupido tẽporaliũ per paupertatem poſtergat̃. Ex qui

bus infert ad diuina capeſſenda chariſmata amplior idoneitas. Dices forſan, ubi tales religioſi reperiunt, uiæ hæ zion lugent dũ nõ eſt qui ueniat ad ſolẽnitatem. Sed tu quis es qui iudicas de alieno famulo, proprio dño ſtat aut cadit, immo fulcietur ut ſtet. Treno.1 Rom. 14

INDAGO XXII

Monaſticũ uotum (quantũ eſt ex ſe ſelegata perſonarũ uouentium qualificatione uaria) oẽs ſupra ſignatos habet comites. Primũ, argumenta pro ſecunda parte inducta, & argumentorũ repugnantiũ probant ſolutiones, ꝙ ſit diuinitus inſpiratũ primis religionũ inſtitutoribus & monaſticorũ monarchis, unde & ſequentiũ eos filiorũ uocatio eſſe præſumit a deo, qui occulto ſuo iudicio pleroſq; etiam malos uocat, per Iudam proditorem ſignatos, quẽ tamen ad apoſtolatũ elegerat, ut ipſe teſtat, Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus eſt? Vocauerat & nõnullos alios qui apoſtatæ facti deſciuerunt eo relicto, nec amplius cũ illo ambulabant. Habet & ſecundũ, uidelicet pietatem, quia ad gloriam dei eiuſq; cultũ & internũ & externũ, ac beneplacitũ diuinũ explendum eſt principaliter inſtitutũ. Et hæc principalis eſſe debet uouẽtis intentio quo ad tertiũ. Porro quartus comes, diſcre Ioan. 6

tio monaſticis regulis a ſanctis patribus in
ſtitutis deeſt minime, Si nõ ſecundum corti
cem,ſed ſpiritũ dĳudicentur, & ad particu-
laria agenda applicent̃. Horũ prælatus di-
ſcretus & expertus iudex erit idoneus, tan-
quã lex uiua, legem mortuã ſalubriter diri-
gens,ne ſauciet quæ ſanare debuerat,obliga
tionis aũt & qualitas & quantitas nõ ad re-
gulæ conditorem hominem,nec ad appro-
batorem,aut eorũ intentionem, ſed ad diui
nã uoluntatem eſt referenda, ut qualiter &
quantũ per uotum obligare uouentem de-
creuerit,taliter & tantũ obliget, & nec plus,
nec aliter. Ipſa enim ſola oĩs obligatoĩs pri-
mordialis eſt cauſſa,ſicut & oĩs legis. Quin
tus quoq; ſibi comes deeſt minime. Promo
uet enim & procurat ueteris Adæ crucifixi
onem proximorũ ædificationem,&piũ dei
Pſal. 65 cultum. Cæterũ ſextus,fidelitas uouenti in-
Lu. 14 dicitur,ut reddat domino uota ſua,quæ di-
ſtinxerunt labia ſua,ne Euangelicum audiat
improperium, Hic homo cœpit ædificare
& non potuit cõſummare,quia nõ cõputa-
uit ſumptus,qui neceſſarĳ ſunt, foraſq; eĳci
atur,quia nemo qui manu ſua admota ara-
tro reſpexerit a tergo aptus ẽ regno dei. De-
Luc. 9 us enim qui nõ irridet̃, exiget ſibi promiſſa.
Gal. 6 Septimus deniq; comes indubitata fide &

ad deũ fiducia, poſſibilitas ſcilicet uouentẽ comitabiť,ſi bona nõ defuerit uoluntas. Nũ quid adhæret tibi ſedes iniquitatis,aít propheta, qui fingis laborẽ in præcepto? Nun quid manus domini inualida eſt? Non eſt quippiam tã arduũ, tanq; difficile in monaſtico ſtatu peragendũ, ſi ad id exequendum tanta eſſet affectus auiditas quantũ faſtidiũ, quin executio nõ modo facilis, uerũ quoq; delectabilis ſentireť. Amor ergo oĩa leuia & iocunda, Odiũ econtra grauia & intolerabilia,efficit. Mira uis amoris,qui nec mortem toleratu difficilẽ iudicat. Ora o monaſtice, qui ſub cruce tua gemis, ora inſtantius deũ, ut cor tuũ charitate inflãmet, qua ſuccenſus nihil amodo ponderis ſentias. Sed cũ propheta exclames, Viam mandatorũ tuorum cucurri,cũ per charitatem dilataſti cor meũ. Pſal.63 Nu.11 Pſal.118

INDAGO XXIII

Quo ad intentionẽ,una uideť generalis omniũ uouentium intentio finalis, uelle ſe ad propoſitã aſtringere regulã, ea obligatione qua ipſum uoluntas diuina bñdicta uult ex uoto illo eſſe obligatũ, ſiue in particulari id cogitet ſiue non. Nullus enim præſumiť uelle cũ deo ludere & ludendo illudere, ut deo quippiã uiua uoce promittat, & intentionẽ obligandi non habeat, Ipſe enim nõ irrideť,

crimē reuera eſſet grande. Porro, cauſſa motiua & ad uouendū impulſiua uaria eſt. Nonnulli equidem uouent eo fine & intentione, qua regula a ſpirituſancto uiro electo eſt inſpirata & inſtituta ab eo, ad nullū explicatius finem referentes. Hæc a theologis intentio nuncupatur uirtualis, & ſufficiens ad actus rectificationem. Alĳ explicate intentionem ſuam ad dei laudem, proximi ædificationē, & compendioſam proprie ſalutis procurationem referunt. Et hoc melius eſt, ſunt forte aliqua ſiniſtra corrupti adfectione ordinem ingredientes, moti ut paſcanť otioſi, temporalem quampiā euadant miſeriā, aut quouis alio corrupto incētiuo impulſi. Hi
Pſal. 149 nihilominus ad regulæ obliganť obſeruantiam, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ne uideanť de malitia ſuſpicatū reportare comodū. Nam etſi motiuū iniquū, intentio tamen finalis fuit ad uoti ſe obligare obſeruantiā. Simile in matrimonio poteſt accidere, ut quis cōtrahat cū aliqua eius allectus & impulſis pulchritudine, diuitĳs, aut (q̊d turpius eſt) nimio libidinoſo uictus amore. Is nihilominus quia ſe ad matrimoniū obligare intendit, uinctus tenetur.

INDAGO XXIIII

Summatim ſupraſcripta perſtringēdo in-